



NOTICIAS HISTÓRICAS

DE LAS TRES PROVINCIAS VASCONGADAS

ALAVA, GUIPUZCOA Y VIZCAYA,

PARTE III.

APENDICE

Ó

COLECCION DIPLOMATICA.

POR EL Dr. D. JUAN ANTONIO LLORENTE,
PRESBITERO, DIGNIDAD DE MAESTRESCUELAS Y CANONIGO DE TOLEDO, CABALLERO DE LA ORDEN DE CARLOS TERCERO, ACADEMICO DE LA HISTORIA.

TOMO IV.

CONTIENE CIENTO Y DOCE ESCRITURAS DEL SIGLO XII,
CASI TODAS INEDITAS.

MADRID EN LA IMPRENTA REAL
AÑO DE 1808.

His quippe tabulis suum unicuique ius asseritur: absque his nulla in rebus civilibus fides. Si vero historiam spectes, nutabit; et mutila erit rerum mediæ ætatis, et subsequentium temporum cognitio, nisi his subsidiis fulciatur et coalescat. = *Mabillon*, De re diplomatica, *Supplementum*, *cap. I*.

En substancia.

Con los diplomas se aclara el derecho de cada uno. Sin ellos en las ocurrencias civiles nada se cree. Y si diriges tu consideracion hácia la historia, esta vacilará; y será diminuto el conocimiento de las cosas de la edad media y tiempos subsiguientes, como no se fortifique y prevalezca con estos auxîlios.

PRÓLOGO.

1 El presente tomo IV presenta ciento y doce escrituras del siglo XII, que unidas con las ochenta y dos del tomo III llegan á ciento noventa y quatro, casi todas inéditas y poco conocidas.

2 Ellas solas bastan á convencer la soberanía de los reyes en el pais vascongado; pero sin embargo se multiplicarán las pruebas en los tomos siguientes, que incluirán diplomas de los siglos XIII y posteriores.

3 Entre tanto los literatos hallarán en este volumen treinta y una escrituras de fueros municipales, que combinados unos con otros, hacen ver la total conformidad de los vascongados con los demas de la península en lo substancial.

4 Los de Antoñana, Arganzon, Bernedo, La-Guardia, Labraza, Salinas de Añana y Vitoria, distritos alaveses; los de San Sebastian, ciudad guipuzcoana, y los de Durango, territorio vizcaino, no son de diferente clase que los de Cáseda, Larrága, Larráun y Los Arcos en Navarra. De la misma son tambien los de Cerezo,

Haro, Navarrete, San Vicente de la Sosierra, Vilorado y Yanguas en la Rioja: los de Madrigal, Palencia, Santander y Valdefuentes en Castilla Vieja: los de Oviedo y Llanes en Astúrias: los de Castroverde en el reyno de Leon: los de Mondoñedo en el de Galicia; y aun los de Escalona, Molina, Uclés y Muzárabes de Toledo en Castilla Nueva.

5 Unamos el contexto de todos estos fueros con los de Valpuesta y Brañosera en el siglo IX: los de San Zadornin y Sepúlveda en el siglo X: los de Nave de Albura, Náxera, Jaca, Logroño y Miranda de Ebro en el XI, todos impresos en mi tomo III; y se verá mas clara que la luz del medio dia, la verdad de las siguientes proposiciones:

6 *Primera.* Los fueros de pueblos vascongados son gracias y concesiones hechas por los reyes lo mismo que los fueros de otros pueblos.

7 *Segunda.* Las franquezas de pueblos vascongados son las mismas que solian concederse á todos los lugares cuya repoblacion ó aumento de poblacion se procuraba, bien fuesen vascongados, bien navarros, aragoneses, asturianos, leoneses, gallegos, castellanos viejos ó nuevos, porque no

se fixaba la consideracion en esto sino en las circunstancias concurrentes.

8 *Tercera.* Los fueros de algunos pueblos no vascongados contienen prerrogativas superiores á las de vascongados. Exemplo. El de los Muzárabes de Toledo concede á los plebeyos ó peones, facultad de ascender á la clase de nobles, si se hicieren antes caballeros, esto es, si militasen á sus expensas con armas y caballo. Los de Cáseda en Navarra y los de San Vicente de la Sosierra en la Rioja hicieron nobles á todos sus pobladores; preeminencia que no hay en fuero alguno vascongado.

9 *Quarta.* Todas las prerrogativas concedidas á los *mílites* ó nobles, tanto en los fueros vascongados como en los no vascongados, tienen su orígen en el Fuero Viejo de Castilla, idéntico con el Fuero Viejo de Navarra, y el Fuero de Sobrarbe; como lo indican los Fueros de Escalona y Muzárabes de Toledo, y puede conocerlo qualquiera que coteje los publicados por mí en este tomo IV y su anterior, con el Fuero Viejo de Castilla que dió á luz Jordan de Aso; el de Navarra, que imprimió Chabier; y el de Sobrarbe que publicó Pellicér.

10 *Quinta.* La circunstancia de haber dado fueros de poblacion los señores de Vizcaya no supone ni significa, ni necesita soberanía; pues en Palencia y Madrigal aforaban los obispos; en Uclés el maestre de Santiago; en Yanguas y Molina los caballeros particulares: todo esto en el siglo XII quando ya la España tenia estado brillante con la conquista del reyno de Toledo, conforme lo habia hecho Munio Nuñez en Brañosera en el siglo IX, y Fernan Gonzalez en Sepúlveda y San Zadornin en el X.

11 Este tomo IV es utilísimo á la historia nacional por las grandes luces que comunican las escrituras impresas para la indagacion de ciertos puntos importantes. Los límites entre las coronas castellana y navarra por los tratados de mil setenta y seis, mil ciento veinte y siete, mil ciento setenta y nueve, y mil doscientos, ya son fáciles de fixar.

12 La cronología de algunos sucesos de Alfonso VII de Castilla y Alfonso I de Aragon, se aclará infinito. El conocimiento de la jurisprudencia y costumbres nacionales del siglo XII se facilita sobremanera. La escritura 117 testifica el exercicio de la regalía de declarar nuestros re-

yes los límites diocesanos. Las 102, 132 y 167 descubren hechos notables, ó totalmente ignorados, ó muy poco sabidos en la historia española. La topografía de Rioja y Alava se ilustra mucho; y la historia genealógica de familias ilustres recibe luces que no ha tenido. Tanta es la utilidad de una coleccion diplomática, que apenas hay objetos literarios capaces de no ser favorecidos con la luz de las escrituras inéditas.

13 No se repute pues á las mias por reducidas al objeto de mi obra, quando la utilidad de su publicacion es general para todos los ramos de la literatura española.

SIGLO XII.

NUM. 83.

Fueros de los vecinos Muzarabes de Toledo por don Alfonso VIII en 20 de marzo de 1101.

Coleccion diplomática de la real academia de la historia.

Sub Christi nomine. Ego Adefonsus Dei gratia, toletani imperii rex, et magnificus triunfator, una pariter cum dilectissima uxore mea Elisabet regina, ad totos Muztarabes de Toleto, tam caballeros, quam pedones, pacem in Christo, atque perpetuam salutem. Cum præteritis temporibus fuerint factæ in Toleto multæ perexquisitiones super cortes, et hereditates, sic de pressura, quomodo de comparato, et cum tollerent inde ad illos, qui magis habebant, aut qui parvum habebant inde, ego jam quero ponere finem ad istam causam, et nolo quod amplius fiat. Ideo autem in mense martio mandavi ad domno Joanne alcalde, qui præpositus ipsius civitatis, et veridicus judex erat, ut cum alhariz don Petro et aliis decem ex melioribus civitatis inter Muztarabes et castellanos ipsemet cum eis exquireret, et æquaret cortes et extra positas hereditates inter totos illos, et quod ipse faceret, inconcussum semper et stabile permaneret. Quod totum secundum meum imperium cum factum fuerit, atque completum, tunc ego a supradictis perexquisitoribus rogatus, et eorum præcibus inclinatus, facio hanc cartam firmitatis ad totos ipsos Muztarabes de Toledo, caballeros, et pedones, ut firmiter habeant semper quantas cortes, et hereditates, sive vineas, ac terras hodie in suo jure retinent, et pro nulla exquisitione non perdant inde quidquam, neque pro nullo rege subsequente, sive zafalmedino, aut comite, vel principe militiæ, de quanto hodiè possident, et pro meo judicio vendicaverunt, atque in sempi-

ternum. Et do eis libertatem, ut qui fuerit inter eos pedes, et voluerit militare, et posse habuerit, ut militet; et vendendi, dandi, vel possidendi, seu de posessione sua, quidquid voluerit faciendi, liberam in Dei nomine habeat potestatem. Et si inter eos ortum fuerit aliquod negocium de aliquo judicio, secundum sententias in libro judicum antiquitus constituto discutiatur: et de quanta calumnia fecerint, quintum solummodo persolvant, sicut in carta castellanorum continetur, excepto de furto et de morte judæi vel mauri. Et de omni calumnia talem eis mando habere consuetudinem, qualem et castellanis in Toleto commorantibus. Et si voluerint vineas, aut alias arbores plantare, aut restaurare, illi qui fuerint pedites, decimam inde portionem solummodo ad regalem palatium persolvant; hoc autem facio pro remedio animæ meæ, et parentum meorum, et ut vos omnes, quos in hac urbe semper amavi et dilexi, seu de alienis terris ad populandum adduxi, semper habeam fideles et amatores. Ideo absolvo vos ab omni fece pristinæ subjectionis, et præscriptæ libertati trado, ut ab hodierno die et deinceps, nec vos, nec filii, aut heredes vestri ab hac præscripta regula recedatis, et in isto foro semper permaneatis ævo perenni, et per sæcula cuncta, amen. Si quis tamen (quod fieri minimè credo) aut ego, aut aliquis homo de propinquis meis, vel extraneis contra hoc meum factum ad irrumpendum venerit, quisquis ille fuerit, qui talia commisserit, sit excomunicatus, et a christianæ fidei libertate separatus, et cum Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbuit, quia mandatis Dei rebelles extiterunt, et cum Juda domini traditore, qui laqueo se suspendit, et sic vitam cum visceribus fudit, in profundo inferni æternas pœnas luiturus demergatur, et hoc nostrum factum in cunctis plenam obtineat firmitatem. Facta autem hæc stabilitatis carta in æra millessima centesima trigesima nona, die decimo quarto calendas aprilis. Et vendat populator ad populatorem, et vicinus ad vicinum, sed non volo ut aliquis de ipsos populatores vendat cortes, aut hereditates ad nullo comite vel potestate. Ego Aldefonsus Dei gratia totius Hispaniæ imperator, quod feci, con-

firmo. Elisabet regina, quod domino meo fieri placuit, confirmo. Raimundus totius Galleciæ comes, regisque gener, confirmo. Enricus, portugalensis, et colimbriensis provincie comes confirmo. Tarasia regis filia, et Enrici comitis uxor confirmo. Bernardus Toletanæ sedis archiepiscopus confirmo. Joannes toletanorum populi judex, atque præpositus confirmo. Petrus Alvarez merino confirmo. Michael Adiz princeps toletanæ militiæ confirmo. Petrus Assuris comes confirmo. Fernandus Monnioz majordomus regis confirmo. Garcia Alvarez armiger regis confirmo. Gomez Martinez confirmo. Didaco Gonsalviz confirmo. Gutier Bermudez confirmo. Gonzalo Aimerici confirmo. Petrus Suariz confirmo. Didaco Alvariz confirmo. Pelayo Petriz confirmo. Rodrigo Petriz confirmo. Gutierre Fernandiz confirmo. Garci Ximenez confirmo. Garci Bermudez confirmo. Joannes Ramirez confirmo. Gonzalo Stephanes confirmo. Roderico Ordonii confirmo. Sanctio Aznaris confirmo. Joannes Didaz confirmo. Pedro Didaz confirmo. Pelayo Gudesteiz confirmo. Pelayo Eligis, cognomento Benares, et notarius confirmo.

NOTA.

Por esta escritura consta que la clase de *peones* era inferior á la de *caballeros*, y que aquellos podian ascender á la de estos en virtud del presente fuero, si tenian bienes de fortuna para mantenerse, observando vida militar; de manera que la calidad de *caballero* suponia la de ser *militar* por profesion. De aquí se sigue que los Muzarabes plebeyos podian producir familias nobles, porque pasando un peon á la clase de caballero, y prosiguiendo en ella su hijo y nieto, el biznieto resultaba fijodalgo, bastando para ello probar el ser hijo, nieto y biznieto de quienes se hubiesen mantenido con la profesion de la milicia, sirviendo al rey y al estado

con caballo y armas á sus expensas. Véase pues en Toledo un fuero muy superior á los del pais vascongado; lo qual basta para conocer que las prerrogativas, por grandes y singulares que sean, no suponen orígen de pacto entre potencias recíprocamente soberanas; pues pueden provenir de concesiones: y con efecto tal es el principio de los fueros vascongados.

NUM. 84.

Donacion de la iglesia de santa María de Pobeña en el territorio de Samano, ahora de las Encartaciones de Vizcaya, con otros derechos, año de 1102.

Becerros de san Millan de la Cogolla.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego quidem inutilis, et omnium antecessorum meorum infima, Christi tamen ancilla, domna Elo Bellacoz, prompto corde, sinceraque mente, ac spontanea voluntate offero corpus, et anima mea in atrium almi Dei confessoris Emiliani presbiteri in manus Domini mei et patroni, Blasconi abbati Deo vota me feci. Ex dominio seculari michi facultas á Deo concessa est, et offero, et confirmo ad atrium predicti Dei confessoris sancta Maria de Pubeia in territorio Samano; et est ibi Palatio sito iuxta Sancta Maria; et eadem ecclesiam dimidiam cum omni pertinentio, et cum propia hereditate, terris et pomiferis cum exitibus, et regressibus, et pascuis, et montibus, et mare cum suo porto. Et dimidiam partem ex venatum quod aliquis homo occiderit ibi ex hac parte fluminis quod egreditur de mare, et ex altera parte, sicut mos fuit antiquorum, et est. In omnibus locis predictis libertate erit sana tam de homicidiis, quam de forniciis, et absque regali saionia: et si saion ingressus fuerit illud terminum quod a senibus fuerit testificatum, et ibi occissus fuerit, non habebit illud homicidium. Et filii mei habeant portionem in exitibus, et montibus, et sit in defensione illo-

rum, si fecerint bona vobis; si autem mala, inquirite alium, qui defendat eam. Et si volueritis eam vendere, aut cambiare, non cambietis cum alio nisi cum filiis meis. Ita ut in vitam meam teneam, et post obitum meum sit in sancti Felicis, et sancti Emiliani per omnia secula, amen. Verumtamen si modo aut deinceps ego, aut filiis meis, propinquis, aut quilibet homo, hanc meam offertionem, quam Deo, et sancto Emiliano dedi, voluerit aufferre, vel in aliquo minuere, sit a Deo omnipotenti maledictus, et confusus; et a miseria ductus, et cum diabolo in inferno mersus, amen. Insuper ad regis partem duo talenta auri, et ad regulam restituat duplatum. Ego domna Elo, qui hec dedi, et scribere iussi, testes cum propiis manibus dedi. Alfonso Alfonsez, et domna Maria filios meos confirmant. Lope Enneconis merino de Mena, et Bellaco Fernandez confirmant. Fernando Fernandez, et domnó Mikael de Cannieko confirmant. Domna Blaskita Gundissalbez, et Petro Lopez filio eius confirmant. Et multorum aliorum Menensium testes, et confirmantes. Facta carta era millessima centesima quadragesima, mense mayo. Episcopo Garsia Burgensis testis. Aldefonsus rex in Toleto et Castella: senior Lope Sangez in Aiala; et comite Garsia in Naiera testes. Nisi prius in loco predicto intraberitis, cum nullus homine cambium faciatis.

NOTA.

El lugar que aquí se nombró *Pobeya* es ahora *Pobeña*, barrio del concejo de San Julian de Muzquiz, en el valle de Somorrostro, Encartaciones de Vizcaya. Por esta escritura consta que al año de mil ciento y dos era parte del territorio llamado de *Samano*, cuyo rio y pueblos le confinan por el poniente: que su distrito, y los confinantes de Ayala y Mena, no eran Vizcaya, ni pertenecian á su señorío: que regian las leyes de Castilla, con sujecion á su rey, aplicacion de penas á su fisco, y demas

relaciones entre los pueblos de señorío particular y su soberano; y que para obtener patronatos no se necesitaba orígen territorial, pues no lo tenia el monasterio de san Millan de la Cogolla.

NUM. 85.

Compra de un solar con su divisa en la villa de Berrosteguieta en Alava, año de 1106.

Becerro de san Millan.

In Dei nomine. Ego igitur domnus Nunnus, magister de sancti Michael de Alava, comparavi uno solare cum sua divisa in villa, quæ dicitur Berrozteguieta, in uno caballo et uno mulo ad te senior Alvaro Munnioz de Sameiano. Et sunt fidiatores senior Munnio Gonsalvez, et senior Didaco Joannis de Zuazo; Oveco Zuria, et Dominico Luengo; et Dominico de Legarda; et domno Orbita de Harreiz. Zaleta testis. Regnante rege Aldefonso in tota Spania. Senior Lope Gonzalvez dominante Estivaliz, et merino domno Garsia de Abegoko. Senior Didaco Sangez dominante Divina. Era millessima centessima quadragesima quarta.

NOTAS.

1 Por esta escritura consta que los instrumentos otorgados en Alava se calendaban por el reynado de Alfonso VI; y diciendo los alaveses que dominaba en *toda España* no es creible que su intencion fuera excluir Alava, Vizcaya, ni Guipúzcoa, quando incluian la Navarra y Aragon, solo porque su rey habia reconocido vasallage al castellano, año de mil setenta y seis.

2 El gobierno militar de Alava estaba partido, pues en la plaza de armas de Estivaliz dominaba

don Lope Gonzalez, y en la de Divina don Diego Sanchez. Don Lope estaba casado con doña Toda Lopez, hija de los condes de Vizcaya don Lope Iñiguez y doña Tecla Diaz, segun la escritura del año mil noventa y tres, número setenta y nueve. Don Diego era hijo de don Sancho Lopez, y señor de Ayala, primo hermano de dicho don Lope Iñiguez, conde de Vizcaya, como se ha podido conocer por varias escrituras de esta coleccion.

3 La iglesia de san Miguel de Alava no permanece, ni aun se conoce con seguridad su antigua situacion en el territorio jurisdiccional del lugar de Berrosteguieta. El título de *maestro de san Miguel* con que se nombró don Nuño, significaba entonces lo mismo que ahora el de *cura*. El sacerdote á quien el obispo encargaba la cura de almas, se llamaba *maestro*, porque enseñaba la doctrina; *capellan* porque decia la misa; y *penitenciario* porque administraba el sacramento de la penitencia quando se lo mandaba el obispo, y en los casos del artículo de la muerte. Son muchas las escrituras del obispado de Calahorra que certifican esta verdad. No habia otros curas.

NUM. 86.

Concordia del obispo de Calahorra don Sancho de Grañon con los alaveses sobre diezmos y otras cosas hácia los años de 1109.

Pergamino en el archivo de la catedral de Calahorra.

Hæc est carta de conventione, quam domnus Sancius episcopus, senior noster, cum alavensibus fecit, quando primitus

in Alava intravit. Milites, et rustici decimas et beneficium ecclesiasticum sacerdotibus vendebant, et sacerdotes comparabant; sacerdotes etiam alios de ecclesiis suis (quas secundum Deum tenebant) per pecuniam expellebant, et multa alia mala erant in Alava, quæ enumerare longum esset. Quo audito et comprobato, condolens peccatis et damnationi illius gentis, condescendens, et volens salvare animas Alavensium ab errore illo quo prædicti tenebantur, totam terram illam excomunicavit, quoadusque Alavenses culpam suam recognoverunt, et pœnitentiam de malefactis ab illis acceperunt, et nunquam talia ulterius mala facturos sub juramento confirmaverunt. Juraverunt enim tam milites, quam clerici, quamque laici. Milites iuraverunt episcopo et Deo, ut non cogerent rusticos suos, ut darent decimas, vel beneficium ecclesiæ, nisi ad illam ecclesiam ubi rustici matutinas et missas et servicia Dei per totum annum dispositione episcopi vel archidiaconi ejus acceperant, nisi eis ipsimet clerici facerent per quod perdere deberent. Villani vero iuraverunt quod sine fraude et sine malo ingenio omnes decimas et primicias suas et offertas Deo et suæ sanctæ ecclesiæ (sicut suprascriptum est) fideliter offerrent, et donarent. Sacerdotes autem iuraverunt, quod altaria integra tenerent, et ut Deo et ecclesiæ suæ dignè et mundè servirent; et ut nullus super alium in ecclesiam intraret, et quartos de unaquaque ecclesia iustè et rectè domino suo episcopo redderent; quod si quis facere non vellet, a Deo et ab episcopo maledictus esset, et insuper omnibus diebus vitæ suæ honorem non occuparet. Quo facto et firmiter confirmato, barones totius Alavæ monasteria habentes, et pœne ad nihilum redacta (quia decimas, sicuti solebant, habere non poterant) videntes, dominum episcopum rogaverunt, ut monasteriis illorum villas donaret, unde illa monasteria ecclesiastica beneficia haberent. Quod dominus episcopus coactus, non spontaneus, voluntati eorum satisfacere volens, ad tempus et ad terminum et ad horam illis concessit, et quantum episcopo et rusticis placeret, otorgavit. ¡Heu! ¡Heu! iniqua pestis. Non enim longo tempore transacto, Deo et episcopo suo mentiti fuerunt; et pactum,

quod cum eo iureiurando fecerunt, non tenuerunt. Tandem episcopus (plusquam potest dici, aut credi) de impietate et nequitia eorum iratus, et dolens; et Deum incessabiliter orans et præcans ut eis gratiam pietatis suæ, per quam se malè fecisse recognoscerent, indulgeret, et præberet, in nonis januarii in Estivaliz cum omnibus alavensibus junctam habuit; ubi iterum alavenses culpam suam recognoverunt; et sacramentum quod fregerunt, se perpetuò tenere promisserunt; et insuper inter se, episcopo audiente et confirmante, constituerunt, ut illæ villæ, quæ monasteriis coactæ servierant, omninò a monasteriis essent absolutæ et liberæ, nisi perenne ei servicium facerent, aut habere possent: et ut nullus sacerdos præter unam ecclesiam teneat, sicuti canones dicunt, ubi dignè et mundè Deo serviat, si talis villa fuerit quod sacerdos vivere cum scholano in ea honestè valeat. De sacrilegio (si rusticus faciat), et de bobibus, quos solent præstare rustici (si ecclesia per culpam illorum fuerit legata) in natali domini, et in paschate, et in pentecoste; et de clerico (si fuerit inventus iacens cum muliere in uno lecto, et legitimè comprobato) medietatem calumniarum istarum episcopus habeat, et aliam medietatem senior, cuius est rusticus vel rustica, accipiat: de omnibus aliis calumniis ecclesiasticis nullam partem potestates accipiant::::

NOTAS.

1 El pergamino está cortado, por lo que falta el fin de la escritura en que constaria su fecha. En el dorso tiene notado de tinta y letras antiguas que pertenece al año de mil ciento y nueve. No hay repugnancia en la historia, porque don Sancho de Grañon comenzó á ser obispo en mil ciento y ocho por muerte de don Pedro Nazar, en cuyo tiempo se habia reunido la diócesi alavense con la calagurritana.

2 Por esta escritura consta lo que diximos en el tomo III acerca de los patronatos de Alava, núm. 13, pág. 119.

NUM. 87.

Donacion de santa María de Ubaho cerca de la villa de Ezcaray en favor del monasterio de santa María de Valvanera año de 1110.

1 Becerro del archivo del monasterio de Valvanera.

Sub Christi nomine et ejus genitricis. Ego Ildefonsus, Dei gratia imperator, una cum uxore mea Urraca, tale nobis evenit voluntas pro remedio animarum nostrarum donamus et confirmamus ad atrium sanctæ Mariæ Valvanerensis, et ad congregationem quæ ibi habitat, una casa, quæ vocitant sancta Maria de Ubaho, quæ est sita super villam quæ vocitant Izcarai iuxta montem cum introitu et exitu, et cum omnibus pertinenciis suis. Et damus et concedimus ut habeant vicinitatem cum villam Izcarai in montibus, in defessis, in rivis, in molendinis, in paludibus, et in terminis, et in pascuis eorum; et sicut homines ipsi de illa prædicta villa habent, sic et ipsi habitatores domus illius habeant liberè, et quietè. Et donationem istam concedimus, et confirmamus, et manibus nostris imponimus signum crucis ✠, ut hoc scriptum valeat in perpetuum. Et sunt huius donationis testes Fortun Lopez testis. Roman Joannis testis. Domna Stevania testis. Munno Gutierrez maiordomo testis. Fortun Galindez senior, et tota creatione de rege et de regina sumus testes. Facta carta in sant Estevan era millesima centesima quadragesima octava. Regnante rege Aldefonso una cum uxore sua regina domna Urraca in Aragonia, et in Castella, et in Legione, et in Toleto. Didaco Lopez dominante in Naiera et in Grannone. Sub illo senior Fortun Galindez merino. Discurrente inditio domno Michael alcalde. Senior Enneco Xemenonez dominante in Calaforra cum am-

bos Camberos. Garcia Lopiz in Tobja et in Marannone. Comite domno Gomiz in Pontecorbo, et in Cereso. Comite domno Petro in Lara et in Medina. Alvar Hannez in Toleto et in Pennafidele. Ferdinando Garsia in Fita. Et si fortè aliquis ex nostro genere propinquus vel extraneus donationem istam nostram frangere vel disrumpere voluerit, iram Dei omnipotentis, et omnium sanctorum ejus plenariè incurrat, et cum Juda traditore pessimo in inferno sumergatur, et regiæ parti quingentos aureos persolvat.

Apendice de esta escritura.

Et este es el heredamiento de santa María de Ubaho. La defesa suya quieta: et toma en el valle de Pa-de-rey, et sube fasta el faedo mayor por somo del Remodal, et de si pasa por Anavicha fasta el vallejo que descende a la fuente Desparriturri. Et esta defesa afuero yo rey don Alfonso, que ninguno que y entrare por pascer, ó por cortar, ó por facer y danno nenguno por fuerza, peche quinientos maravedis en coto al rey, et el damno duplado a la órden. Et de si la presa con el agua va por su heredad libre e quieta por al monasterio, et la serna del pan toma en el monasterio, et sube a la Solana, e viene fasta la fuente Desparriturri. E de si va por el arroyo arriba a Ignarricha, e recude a las peñas del cerro de Samaray, et descende por el cerro ayuso a la serna de so Fosa Martin: et prende en la serna, et pasa el agua, e va por fondon de valle de Pa-de-rey. E cinco piezas en el llano de Fuso. E quatro piezas en Val-negra. E otra pieza en Iturrica. E una viña en Pino.

NOTA.

Por esta escritura consta que doña Urraca de Castilla estaba unida en el matrimonio con don Alfonso de Aragon en el año de mil ciento y diez, y que don Diego Lopez, señor de Vizcaya, servia en la corona castellana como qualquiera otro vasallo,

teniendo por entonces el gobierno y señorío de Náxera y Grañon.

NUM. 88.

Donacion de la iglesia de santa María de Leva-Torre y de la de san Mamés en favor del monasterio de santa María de Valvanera por el rey don Alfonso el Batallador *de Aragon y la reyna doña Urraca de Castilla en el año de 1110.*

Becerro del archivo de Valvanera.

Sub nomine genitoris, genitique, igneique ab utroque procedente flaminis. Cum igitur ego Adefonsus, totius Hiberiæ monarchiam tenens, in archivis monasteriorum, non solum ab antecessoribus, verum ab antiquissimis regibus, comitibusque, ac nobilissimis, ecclesiam usquequaque per quatuor mundi climata usque ad necem Deo auxiliante defendentibus, pro remedio suorum peccaminum ad honorem Dei, sanctorumque reliquiarum, alii aurum, argentum, lapidumque prætiossorum copia, villas, vernulas, monasteria, plurimaque municipalia offerta, firmitèrque per sæcula servitura roborata, una cum coniuge Urraca dicta nomine, strenuissimè rege Adefonso, suo existente genitore, mihique quodammodo iuncto consanguinitate, a Pirineis montibus usque ad refluxus occeani regali auctoritate dominantibus, leges populorum affirmantibus, ac inter cætera, supradicta facta priorum inveniremus; ut sublimitas nostri regni augeretur, honorque sanctæ Matris ecclesiæ decoraretur, posteris regibus exemplum bonæ vitæ relinqueretur, nobisque æterni premii cum suis clientibus pars Christi donare dignaretur. Simili exemplo priscorum ad atrium sanctæ Dei genitricis Mariæ Valvaneriæ positione loci vocitatum placuit nobis aliquid munusculi dare, ut rogatu ipsius additum superne civitatis valeamus intrare: nam damus unam ecclesiam sanctæ Mariæ vocabulo dedicatum, rusticanoque eloquio de

Leva-Torre dictam cum suo prædio, suoque exitu: et est prædii locus, exitusque a domo usque ad calzatam et iterum usque ad semitam Herramellori: semitaque sit ingenua morantibus in loco causa egressionis et regressionis. Et ipsi attrio alium attrium sancti Mametis nomine consecratum, et intra montem possitum cum introitu simul et exitu tribuimus, ut simul iunctæ serviant supradicto Valvanerensi cænobio, quatenus istud munusculum sit illic habitantibus in attrium, nostrorumque ante Dei occulos aliquod levamen peccatorum. Et de legibus, ut villa Grannon, scilicet in montibus, in defessis, in rivulis, in fontibus, in campis, in paludibus, in vallibus, in viis, in domibus, in agris, in vineis, in hortis habeat, excepto censu tributi, quod ipsa tribuit. Talia nobis constituentibus, ex improvisso aliud invenimus, quod dicere ampliùs quam cælare maluimus. Ut si aliquis ipsi domus diaboli investigatione socium aliquem percusserit intra terminum supradictum constitutum, et inde mortuus fuerit, nullus seniorum, aut iudex, vel aliqua persona, nec duo minuta ipsa occasione sit ausus accipere. Et si aliquis vel levi motu istius causæ sonator fuerit, non solum suæ pæcuniæ dominator, verum etiam suorum luminum haud erit defensor. Hanc autem offertam, ut teneatis firmius, signum crucis ✠ propriis manibus expressimus, ac roborationis subscriptorum testium tradere curavimus. Fortun Lopez testis. Romanus Joannis testis. Domna Stephania testis. Munio Guterrez maiordomus testis. Fortunius Galindez testis. Et tota congregatio regis et reginæ testificantes ac laudantes. Facta carta sub era millessima centesima quadragesima octava. Regnante rege Adefonso una cum regina Urraca in Aragone, et in Castella, et in Legione, et in Toleto. Didacus Lupus dominante in Naxera, ac Grannone: sub illo Fortunius Galindi merinus. Censor domnus Michael. Enecus Scemeni Calagurram Camerosque dominante. Garsia Lopiz Tobia et Marañon. Gomesanus comes Pontcorvum et Ceresum. Comes Petrus Laram et Medinam. Alvar Hanniz Toletum, et Pennamfidelem. Fernandus Garsea Fitam. Et si aliquis ex prosapia regum, comitum, vel aliqua prepotens,

dissipator istius rei vissus fuerit, primitùs iram Dei omnipotentis incurrat, alienusque a cœtu fidelium corporis et animæ fiat, binorumque luminum aciem in perpetuum perdat, ac cum apostata angelo iussu Dei omnipotentis partem habeat.

NOTA.

Esta escritura no solo confirma lo que se notó en la precedente, sino la soberanía de don Alfonso VI en las tres provincias vascongadas; porque afirman su hija y yerno con todos los cortesanos, y entre ellos don Diego Lopez, señor de Vizcaya, que habia reynado y dominado con leyes *desde los montes Pirineos hasta los refluxos del Oceano*, esto es, hasta el reyno de Sevilla; lo que con efecto habia sido verdad mediante los pactos con el monarca moro Abenabet hácia los años de mil noventa y cinco, en que casó con su hija la infanta llamada *Zaida*, despues *Isabel* en el bautismo.

NUM. 89.

Donacion del monasterio de Pangua y otras iglesias de Alava en 6 de Julio del año de 1113.

Archivo del monasterio de santa María de Náxera.

Sub Christi nomine et individuæ Trinitatis. Hæc est carta donationis quam facio ego domna Agello Munioz: dono monasterium, scilicet ecclesiam sancti Martini de Pangua cum omnium integro hoc quod ibi habeo vel habitura sum, et totam illam hereditatem sancti Vincencii, et insuper addo illam sernam de Burgueta vobis priori de sancta Maria de Naiara, et sancto Petro cluniacensi, et monachis cluniacensibus

Deo et sanctæ Mariæ in Naiara servientibus pro remedio animæ meæ, et patris mei Monnio Muniz, et matris meæ Tota Fortuniz, et mariti mei Sancio Fortunionis, et filii mei Fortuni Sancii, et filiæ meæ Tota Sancii, et omnium parentum meorum, cum omnibus quæ ad illud monasterium sancti Martini de Pangua de meo iure pertinent. Illud autem monasterium meum cum suis pertinenciis, et hereditatem sancti Vincencii, sicut ad me pertinet, et illam sernam de Burgueta dono, et concedo ego Agello Munioz Deo, et vobis domno priori de sancta Maria de Naiara, et sancto Petro cluniacensi, ut habeatis, et possideatis in perpetuum, amen. Si autem filius meus Fortunius Sancii filium aut filiam habuerit de sua muliere Maria Lupiz, hoc totum, quod supradictum est, sit in iure cluniacensium monachorum, sed ipse habeat eum in manuposta per manum illorum. Si quis autem ex meis propinquis aut extraneis miles, vel laicus, vel clericus, aut aliquis homo, sive mulier hanc meam donationem infringere, aut retemptare voluerit, sit maledictus et excommunicatus a Deo omnipotenti, et cum Juda traditore in inferno inferiori perennem habeat. Insuper pectet regiæ parti mille marcas argenti, et hereditatem, et monasterium, et illam sernam omnia pectet duplata. Et ut meum donum firmum permaneat, et stabile, possui istos fidiatores. Senior Fortun Beilaz de Galarreta fidiator. Alvaro Gonzalvez de San Martin fidiator. Lope Alvarez de Lanclares fidiator. Didago Gonzalviz de Sarassus fidiator. Nunni Gonzalviz de Subilana fidiator. Lope Enecoz de Vizcaia fidiator. Sancio Garceiz de Langrares fidiator. Facta carta donationis secundo nonas julii quinta feria in eodem monasterio de Pangua era millessima centesima quinquagesima prima, regnante rege Ildefonso et Urraca regina in Toleto, et in Leone, et in Osca. Episcopo Sancio in Naiera. Episcopo Petro in Pampilona.

NOTAS.

1 Los pueblos de Pangua, Burgueta, y san Vicente (*hoy San Vicentejo*) son ahora castellanos in-

cluidos en el condado de Treviño; pero eran alaveses al tiempo de la escritura, la qual testifica que sus iglesias eran de patronato laycal, y se obtenian sin orígen alaves, pues no lo tenia el monasterio de Náxera.

2 Doña Agilo Muñoz, hija de don Munio Muñoz y de doña Toda Fortuñez, y muger de don Sancho Fortuñez, fue consuegra de don Lope Iñiguez, conde de Vizcaya, porque doña María Lopez, hija de este y de doña Tecla Diaz su muger, estaba casada con don Fortuño Sanchez, hijo de la donante doña Agillo.

NUM. 90.

Donacion de la divisa de san Felix de Abalos en el año de 1113.

Becerros gótico y galicano de san Millan de la Cogolla.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego Petrus Fortunionis compugctus amore Dei, et perterritus incendio æterni supplicii, concedo et offero Deo, et sancto Emiliano, et sancto Felici, et tibi Joanni abbati, et omnibus senioribus ibi tecum Deo servientibus sub regula sancti Benedicti, meam partem quam habui in sancto Felici de Davalos pro remedio scelerum meorum, et pro anima uxoris meæ (*sigue relacionando varias cosas, y luego las maldiciones ordinarias*). Facta carta in era millessima centesima quinquagesima prima. Ego Petrus Fortunionis qui hanc cartam fieri iussi manu mea signum ✠ feci, et testes ad roborandum tradidi. Sennor Fortun Fortunionis frater meus testis. Sennor Sancio Fortunionis frater meus testis. Sennor Didaco Lopez dominante castri Buradonis, Alavæ, et Vizcaiæ testis. Sennor Munio Alvarez de

Pozana testis. Sennor Eximino Gonsalvez de Revenga testis. Sennor Eximino Beilaz de Galarreta testis.

NOTA.

Por esta escritura consta que don Diego Lopez, señor de Vizcaya, primero del nombre, dominaba tambien en Alava y en la plaza de armas de Buradon. No dice por qual soberano tenia estos señoríos de Alava y Buradon; pero por las anteriores resulta que seguia la corte de Castilla, como demostré con claridad en el capítulo XVII de mi tomo I.

NUM. 91.

Donacion del monasterio de Obaldia (hoy Madaria) *en tierra de Ayala, provincia de Alava, en el año de 1114.*

Becerros de san Millan.

Sub nomine patris, nati, vel spiritus almi. Ego senior Didaco Lopez a Lexarzo, non coactus potestate ullius hominis, nec imperio, sed compunctus timore divini amoris, et amore cœlestis patriæ, et ob remissionem scelerum meorum, offero Deo, et sancto Emiliano, et sancto Felici, et tibi Joanni abbati, et omnibus senioribus tecum ibi sub regula sancti Benedicti Deo servientibus, unum monasterium sanctæ Ceciliæ, et sancti Clementis nomine Olbaldia, situm in territorio de Ayala, cum omnibus suis hereditatibus, cum terris et arboribus pomiferis, cum fontibus, cum rivis, et molendinis, et montibus, et pratis, et pastum commune cum Salvantone et Aguinnaga, et cum omnibus rebus ad se pertinentibus, ut per interventum istorum sanctorum Emiliani et Felicis, et votis præcum vestrorum evadere merear pœnas inferorum, et con-

sequi valeam regna coelorum; sic etiam ut in vita mea habeam et possideam, et post obitum meum habeat sanctus Emilianus, sicuti supra diximus; et mater mea sit ibi dum vixerit in hoc sæculo. Si quis autem deinceps parentum meorum, scilicet fratres, aut filius, aut nepos, aut propinquus, aut aliquis extraneus, hanc meam offertionem in aliquo disrumpere, aut retentare voluerit, sit a Deo maledictus et anatematizatus, et a cætu christianorum segregatus, et cum Juda traditore in inferno sociatus, solvat pœnas impiis deputatas, amen: insuper et in cautum solvat duas libras auri, et ad ipsum monasterium duplatum in tali loco. Facta carta in era millessima centesima quinquagesima secunda. Ego autem senior Didaco Lopez, qui hanc cartam fieri iussi, manu mea signum feci ✠, et testes ad roborandum tradidi. Senior Sancio Ennecoz de Menagarai testis et fidiator. Senior Beila Alvarez de Menoio testis et fidiator. Alvaro Munnioz de Munica-Harriaga testis et fidiator. Veila Monnioz de Uliarte testis et fidiator. Munnio Alvarez de Aguinaga-Harriaga testis et fidiator. Didaco Alvarez de Aguinaga fidiator. Fortun Alvarez suo germano fidiator. Veila Bermudez de Salvanton fidiator. Sancio Garceiz de Obaltia fidiator. Lope Garceiz de Aguinaga fidiator. Munio Lopez de Llameno fidiator. Sancio Alvarez de Salvanton fidiator. Tello Munnioz de Salvanton fidiator. Alvar Lopez de Menoio fidiator. Sancio Lopez suo germano fidiator. Isti fidiatores sic sunt de manifesto, ut istam domum de Obaltia cum omni sua hereditate dedit eam sancto Emiliano, et quod sit auctor inde senior Didaco Lopez.

NOTAS.

1 El pueblo de *Obaldia* se llama en nuestro tiempo *Madaria*: su iglesia parroquial conserva la advocacion de san Clemente, y el monasterio de san Millan goza su patronato pleno en virtud de la presente donacion; testimonio de los patronatos

laycales, y de no ser necesario el orígen del pais para obtenerlos.

2 Don Diego Lopez de Lexarzo parece hijo de don Lope Sanchez, señor de Ayala y Mena: el apellido de Lexarzo lo tomaria por haberle tocado en particiones el señorío del lugar de Lexarzo, uno de los de la tierra de Ayala, con el patronato de Madaria.

NUM. 92.

Fueros de Bilorado en Rioja dia 6 de agosto del año de 1116.

Copia sacada de otra que tenia don Josef Ruiz de Celada, relator que fue del real y supremo consejo de la cámara de Castilla, y académico de la real academia de la historia.

Sub Christi nomine. Ego Aldefonsus, Dei gratia rex, et magnificus imperator, ad fidelissimos meos pobladores de Bilforad, volo ut omnibus per præsentem scilicet cartulam sit notum, qualitèr ego supramemoratus rex domnus Aldefonsus vobis præfatos fideles meos pobladores, francos et castellanos de Bilforad, ita dono vobis, ut populetis pro tali foro, ut per homicidium detis centum solidos, et non detis maneria; et per homicidium neque per fornicium, neque per furtum, neque per ullam calumniam dictam vel factam non detis nisi tertiam partem. Et suum exidum habeat Bilforad de Otercorvo usque ad Terrazas, et de Villa-de-Pun usque ad Villafranca: et rivulo que currit, habeatis solutum pro piscare, ac molinis facere ad totum vestrum talentum vel voluntate, de sancta Maria de Pedroso iuso usque descripto termino: et in tota mea terra non detis nisi medium portaticum: et de meos montes non detis montatico, non pro taliare, non pro pascere; et in Cereso non detis portatico: et de unaquaque casa non detis in anno nisi duos solidos in tem-

pore sancti Michaelis: et die lunis habeatis vestro mercato, et de anno in anno feriam habeatis in diebus sancti Michaelis; et qui venerit populare in Bilforad, sua hereditate soluta habeat in tota mea terra, et nullus ausus fiat ut contrariam faciat illum. Et pro nullo homine, neque pro vestro seniore, non solvatis prendam, nisi fuerit per vos ipsos, vel pro vestro debito, et ubi volueritis molere, moliatis. Si in meos fornos coquatis, de triginta panes in fornatico unum date, et fornos totos meos fiant. Et qui morador vel poblador fuerit in Bilforad, francos, et castellanos, caballarios, atque villanos, unum forum habeant de calumniam dare, et medianeto ad nostra parte, et fidiatores date de vestros honores; et iudæo cum christiano, et christiano ad iudæo qualem livorem fecit, talem pectet; sed duobus partibus fiant in terra pro anima mea, sicut supra scriptum est. Et foro de camino, sicut constitutum habuistis antea de vendere atque reparare. Et nullus de vobis, qui fidiatores potuerit dare, non fiat præssus, nec in carcerem missus. Et vos francos mittatis iudice franco, atque tollite ad vestrum talentum: et castellanos similitèr tollite, et mittite vestro iudice a vestro talento de mea gente, et omnes in unum mittatis alcaldes ad discurrendum iuditium. Et qui vobis per iuditium vel per debitum, vel per aliquam causam, voluerit firmare vobis, firmet de monte de Oca usque ad Naxera cum tres homines qui sint de populatores: et medianedo omni foro habeat, sicut supra diximus. Et de vestras ecclesias non detis alias tertias ad episcopum, nisi decem solidos in anno; et nostros clericos ad nostrum talentum. Et vos meos fideles francos concedo vestros honores intus et foris, sicut promissi vobis ante; et solum trece cassas tolo vos inde, quòd dedi ad meos caballarios. Et si aliquis homo vel fœmina ad disrumpendum venerit ista carta, in primis pareat mille libras purissimo aureo ad me regem supra memoratum: et post obito meo, qui regnet, concedat, quærat, et accipiat; et postea qui hæc contradicat, extraneus permaneat a fide Christi, et cum Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbuit in inferno, particeps fiat cum Juda traditore in inferno inferiori, amen. Facta carta notum die do-

minica, octavo idus augusti, sub era millessima centesima quinquagesima quarta. Regnante rex Aldefonsus in Aragonia, et Pampilona, in Naxera, in Cereso, et Bilforad, in Carrion, in Sancti Facundi, et in Toleto; et sub ejus imperio dominante Azenar Sanz in Cereso, et Ennego Fortiz; Dominico Michael merino; Garcia Fort, et Obeco Dominguez discurrentes iuditio; et testes ad roborandum comite Petro Ramon de Pallaires; Petro Nunnez, Petro Lopez, Garcia de Castella, Petro de Portaguera, Petro Belenguer de Montison; Sancio Joannis tenente Poza; Petro Sanz de Juare Cuniego; Petro Fusion de Sancio Fursiones; Justinio Costes. Ego Petrus subscriptor regis concedo et laudo hanc cartam, sicut superius est scriptum, et hoc signum rubrica ista per manum imperatoris regis Aldefonsi ✠.

NOTA.

Por esta escritura consta que muchos fueros vascongados fueron concedidos á pueblos castellanos antes que á los del pais privilegiado; y que la colocacion de títulos entre los reales no significa independencia ni soberanía del título, pues jamas la tuvieron Cerezo, Bilorado, Carrion, ni Sahagun.

NUM. 93.

Donacion y confirmacion de donaciones en favor del monasterio de santa María de Náxera por la reyna doña Urraca y su hijo don Alonso VII, ya coronado rey, en 22 de enero del año de 1117.

Archivo de Náxera.

Ego Urraca, gratia Dei regina, filia piissimi Adefonsi regis mei, cum filio meo Adefonso regali diademate coronato, senioribus sancti Petri Cluniaci, et vobis domno Petro priori

sanctæ Mariæ de Najara, et congregationi vestræ, videlicet beatissimæ reginæ virginis Mariæ, et senioribus eiusdem loci servientibus, facimus textum donationis, et scripturam firmitudinis in primis de illa alvergaria ad opus pauperum, deinde sanctum Georgium de Oliacastro, et Cobam-cardielem, et Villam-Almundar, et ecclesiam sancti Martini de Oca, et ecclesiam sancti Romani de Gallinero, et ecclesiam sanctæ Columbæ circa Najaram. Et has supradictas ecclesias et hereditates damus cum omnibus suis directis; et adiicimus illum decimum de illo portático de Logronio et de Najara. Et insuper confirmamus vobis et ecclesiæ vestræ omnes illas ecclesias, et hereditates, et villas, et testationes, quas parentes mei, et pater meus rex domnus Aldefonsus, et comites, et principes, ecclesiæ vestræ tradiderunt pro remedio animarum suarum; et hoc facimus pro amore sanctæ virginis Mariæ, et apostolorum principis Petri et Pauli, ut intercessione vestra, et aliorum bonorum hominum, habeam ab eis et hic et in futuro remunerationem. Quod si verò aliquis homo contra hoc factum nostrum ad irrumpendum venerit, et hoc testamentum infringere tentaverit, ex parte domini nostri Jesu Christi, et sanctæ virginis Mariæ, et appostolorum Petri et Pauli, et omnium coronatorum ac fidelium Dei, sit excomunicatus, et a corpore et a sanguine domini separatus, et cum Juda domini traditore demissus, et habeat comunionem cum Satana, et cum angelis eius, et ecclesiæ vestræ duplet quantum calumniaverit, et insuper pariat sancto Petro de Cluniago centum libras auri, et hoc nostrum donum semper maneat firmum. Facta carta donationis era millessima centesima quinquagesima quinta, die undecimo kalendas februarias. Addimus adhuc quandam villam quæ obliviosa manus prætermisserat circa Najaram, quod dicitur Aleison circa Majarres, et insuper quoddam monasterium in Asturiis sanctam Mariam de Portu. Ego Urraca gratia Dei regina Hispaniæ, una cum filio meo Aldefonso, hanc cartam confirmo, et signo roboro. Ego Adefonsus una cum matre mea regina domna Urraca Hispaniæ regina hanc cartam confirmo et roboro ✠. Urraca ✠. Adefonsus. Bernardus, sanctæ romanæ

ecclesiæ legatus, et toletanus archiepiscopus confirmo. Pascasius burgensis episcopus confirmo. Petrus Palentiæ episcopus confirmo. Didacus legionensis episcopus confirmo. Pelagius ovetensis episcopus confirmo. Pelaius astoricensis episcopus confirmo. Petrus Ansuriz comes confirmo. Petrus Gonzalvez comes confirmo. Suarius Bermudiz comes confirmo. Didacus Lupiz confirmo. Petrus Velasquez confirmo. Didacus Diaz confirmo. Gutier Fernandiz maiordomus palacii regis confirmo. Petrus Gutierrez confirmo. Petrus Nuñiz confirmo. Gutier Rodriguez confirmo. Scemenus Lopiz confirmo. Dominicus Michaelez confirmo. Petrus Joanniz confirmo. Antolin Martinez confirmo. Joannes de Sancto sepulcro confirmo. Guillelmus Borè confirmo. Dolzon confirmo. Poncius de Najara confirmo. Petrus Lambert confirmo. Petrus armiger confirmo. Zidi confirmat. Velidi confirmat. Garcia Fortuniones confirmat. Garcia Nuniz confirmat. Fernandus Petriz notarius reginæ quod scripsit confirmat et signo roborat ✠.

NOTA.

Por esta escritura consta que don Diego Lopez, señor de Vizcaya, primero del nombre, seguia la corte de Castilla; y aunque no se le distinguió aquí con el apellido de *Haro*, no por eso consta menos la identidad de la persona, combinando el diploma con otros; pues el cotejo de muchos hace conocer que pendia todo esto de los cancilleres, de los notarios, ó de los escribientes. La escritura siguiente, que se otorgó pocos dias despues de esta, puede servir de exemplo, pues en ella se puso con claridad por uno de los ricos homes confirmantes á don Diego Lopez de Haro.

NUM. 94.

Donacion y confirmacion de donaciones al monasterio de santa María de Náxera por el rey don Alfonso el Batallador de Aragon en febrero del año de 1117.

Archivo del monasterio de Náxera.

Sub divina clementia videlicet Patris et Filii et Spiritus Sancti regnantis in sæcula, amen. Ego Adefonsus Dei gratia Hispaniæ imperator facio hanc cartam donationis ad sanctam Mariam de Najara. Placuit mihi libenti animo et spontanea voluntate, et propter remedium animæ meæ, vel omnium parentum meorum dono et offero domino Deo, et beatissimæ Mariæ genitricis ejus, et omnibus ibidem Deo servientibus, illam decimam de illo portatico quod mihi exierit de Najara. Similitèr dono ei et offero ipsas tres villas, quas ego ipse reddidi, id est Cobacardelle, et Villa-Almundar et Sancto Georgio de Oliacastro. Adhuc etiam ei concedo et adfirmo totas suas villas, et suos monasterios, et totos suos honores, et totas suas hereditates cum omnibus suis pertinentiis et omnibus suis directuris, sicuti melius inde fuit tenente in diebus de meo tio, cui sit requies. Hoc autem donativum supranominatum offero et concedo ad sanctam Mariam najarensem in manus domini Petri prioris, et omnibus ibidem Deo servientibus tam præsentibus, quam futuris, ut sit ibi quietum et liberum et salvum, et securum per sæcula cuncta. Si quis tamen (quod fieri minimè credo) hoc meum donativum disrumpere, vel inquietare, vel presumptuosè auferre tentaverit, iram Dei omnipotentis incurrat, et a sacratissimo corpore et sanguine domini anathematizatus alienus existat, et cum Datham, et Abiron, et Juda domini proditore, baratri sustineat pœnas in inferno inferiori, et hoc testamentum meum firmitèr maneat in

saecula saeculorum, amen. Facta fuit haec carta donationis era millessima centesima quinquagesima quinta in mense februario apud villam quae vocitatur Okona. Regnante me Dei gratia in Toleto, Legione, Castella, et Aragone, sive in Pampilona, et in Superarbi atque in Ripacurtia. Ego quidem Adefonsus Dei gratia imperator, qui hanc cartam scribere praecepi, propriis manibus corroboravi, necnon et subscriptis testibus ad confirmandum tradidi. Stephanus oscensis episcopus confirmat. Guillelmus pampilonensis episcopus confirmat. Raimundus rotensis episcopus confirmat. Comes Bertrandus de Carrione confirmat. Comes Petrus de Lara confirmat. Comes Suarius de Luna confirmat. Senior Fortunio Garces de Najara confirmat. Senior Bazo Martinez de Auca confirmat. Senior Enneco Fortunionis de Cereso confirmat. Sennior Enneco Eximini de Granione confirmat. Senior Ariolo Azenariz de Cellorico confirmat. Senior Lope Garcez de Estela confirmat. Senior Aznar Acenaris de Funes confirmat. Senior Lope Lopiz de Calahorra confirmat. Senior Sancio Azenariz de Valencia confirmat. D. Didaco Lopiz de Faro confirmat. Senior Eximino Gonzalvez confirmat. Senior Galindo Cidez de Marañon confirmat. Senior Garcia Fortunionis suus nepos confirmat. Monnio Didaz de Aguilare confirmat. Gonzalvo Didaz de Petralata confirmat. Senior Enecoz de Tobia confirmat. Fredinandus repostarius regis confirmat. Bernardus Durandus de Najara confirmat. Natalius de Najara confirmat. Bodinus de Estella confirmat. Lambertus de Jaca confirmat. Garsias Riculfo de Jaca confirmat. Ego quidem Garsias scriptor, iussu domini mei imperatoris hanc cartam scripsi, et de manu mea hoc signum ✠ feci.

NOTA.

Por esta escritura vemos que don Diego Lopez de Haro, señor de Vizcaya, dexó el partido de su reyna doña Urraca, y pasó al de su marido divorciado don Alfonso de Aragon, sobre lo qual puede verse lo que dexé dicho en el capítulo XVII de mi

tomo I. Si el mudar de partidos, y el pasar de Castilla á Navarra, Portugal, Aragon y reynos moros españoles fuera testimonio de soberanía independente, como dixo el señor Aranguren en la impugnacion de mi tomo I, bien fácilmente podrá probarse que habia en España tantos soberanos quantos caballeros, pues apenas recibian algun disgusto ellos ó los de su acostamiento, mesnada ó confederacion, se desnaturalizaban conforme á fuero, y se pasaban á servir al rey español, de quien esperasen ser mejor acogidos, fuese moro ú cristiano, pues no se detenian en eso.

NUM. 95.

Donacion de la casa de la cofradía de santo Domingo de la Calzada en favor de don Sancho, obispo de Calahorra, nombrado aquí de Náxera, *en el año de 1120.*

Archivo de la Catedral de Calahorra en pergamino suelto.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Hæc est carta donationis et confirmationis, quam facimus nos omnes confratres de illa domo de Calzata, quæ vocatur Sancti Dominici de Rivo de Oiha tibi venerabili pastori nostro et confratri Sancio naiarensi episcopo. Placuit nobis cum bono animo et spontanea voluntate, et propter amorem et dilectionem, quam erga te habemus, donamus et concedimus tibi illam supradictam domum cum omni pertinentia sua, et cum omnibus rebus tam movilibus, quam immovilibus, quas nos omnes confratres illius domus ibi concessimus, ut teneas illam, et sis inde senior et dominus in omnibus diebus vitæ tuæ. Præterea, si venerit causa mutandi, vel constituendi prælatum in illa su-

prænominata domo, volumus ut istud cum consensu nostro facias, et per manum tuam in illa prælatum constituas: post mortem vero tuam concedimus similitèr, ut illi qui post te venerint, istam nostram constitutionem, quam tecum facimus, firmitèr ac fidelitèr teneant. Nos omnes confratres, qui istam cartam fieri mandavimus, laudamus et confirmamus, et testibus roboramus, quorum nomina hæc sunt. Diago Diaz de Morales testis et confirmans. Galindo Galindez de Manzanares testis et confirmans. Garsia Gonsalvez de Villa-Lovar testis et confirmans. Garsia Munioz de Leiva testis et confirmans...... de Alesanço testis et confirmans. Lupus Enneci de Castannares testis et confirmans...... Fortuniones de Fervias testis et confirmans...... Gonzalvez testis et confirmans. Petro Gonsalvez testis et confirmans. Blasco Munioz testis et confirmans. Alvar Alvarez testis et confirmans. Fortun Ortiz testis et confirmans. Didacus Andree testis et confirmans. Illo alcalde de Morales testis et confirmans. Fortunio Fortunez testis et confirmans. Garsia Nunnez testis et confirmans. Gomiz Lopez testis et confirmans. Facta carta in era millesima centesima quinquagesima octava. Regnante rege Aldefonso in Aragona, et in Pampilona et in Naiara et in Cæsaraugusta cum suis terminis.

NOTA.

Don Alfonso *el Batallador* de Aragon reynaba segun esta escritura en Aragon, Pamplona, Náxera y Zaragoza; pero no se dice que reynase en Alava, Guipúzcoa y Vizcaya.

NUM. 96.

Donacion de Ziguri en la Rioja en favor del monasterio de Náxera en el año 1121.

Archivo del monasterio de Náxera.

Sub nomine sanctæ et individuæ Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Tota Lopiz cum filia mea Maria Lopiz pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum Lupi comitis, et Teclæ comitissæ, et Lupi Gonsalvez, donamus et concedimus illam nostram hereditatem, quam habemus iuxta Angustiana, quam dicunt Sotihori, cum omni integritate, cum aquosis et inaquosis, pascuis, et paludibus, et cum omni pertinentia sua sine tota inquietudine, ingenua ad ipsum altare sanctæ Mariæ nazarensis propter luminare. Similitèr donamus et concedimus ad altare sanctæ Mariæ post mortem nostram casam nostram quæ est in Angustiana, sicut tenuimus, et habuimus in vita nostra. Et teneat, et possideat illam ille qui fuerit sacrista in sancta Maria ingenuè, et absque omni perturbatione. Sunt autem testes inde Didago Lopiz meo germano, et sua uxor Maria Sancii; et senior Garcia Lopiz de Galinero cum sua uxore Goda Lopiz; et in Nazara Michael alcalde: Sancii Galindo; Martinus Vital; Garcia Basilio, et Dominicus suus germanus, et multi alii, tam de francis quam de castellanis. Facta carta sub era millessima centesima quinquagesima nona. Regnante rege Aldefonso in Castella et in Alava, et in Pampilona, et in Aragone, et in Riba-curza: Didago Lopiz in Vizcaia et in Faro: et senior Fortun Garces Caisar in Nazara: episcopus Sancius: prior sanctæ Mariæ Petrus: sacrista Joannes: merini de Nazara Garcia Fortuniones, et Domingo Mudarre: Michael, et Sancius Galindo alcaldes. Si quis vero infringere voluerit istam nostram donationem, sit a Deo maledictus et excomunicatus in inferno

cruciandus: insuper mille talenta auri regi persolvere cogatur, amen.

NOTAS.

1 Esta escritura (estimable por las luces que da para saber la genealogía del conde de Vizcaya don Lope Iñiguez) lo es tambien, porque testifica que don Diego Lopez, primero del nombre, poseyó el señorío de Vizcaya y el de Haro, que dió principio al apellido de la familia.

2 No consta por el instrumento si don Diego seguia el partido de don Alfonso de Aragon; pero es verosímil, porque de lo contrario no gozaria el señorío de Haro, que como sito en la Rioja estaba en la soberanía de aquel rey.

3 El pueblo que aquí se llama *Sotihori* tiene ahora el nombre de *Ziguri* cerca de la villa de Haro, y no lo goza el monasterio de Náxera, sino el de san Millan. El que se dice Angustiana es Anguncіana, villa de señorío, muy cerca de Haro y Ziguri.

4 Dice que don Alfonso reynaba en Alava, lo que unido á la cita de don Diego Lopez hace mas creible que lo mismo sucedia en Vizcaya.

NUM. 97.

Donacion del monasterio de san Fausto de Treviño y de la villa de Alcocer al monasterio de santa María de Náxera por la reyna doña Urraca con consentimiento de su hijo el rey don Alonso VII de Castilla en el año de 1124.

Archivo del monasterio de Náxera.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti. Ego Urraca Hispaniarum regina, peccatorum nostrorum mole perterrita, et profetica sententia admonita qua dicitur: *Omnis caro fœnum, et omnis gloria ejus quasi flos agri;* elegi et decrevi communi consensu filii me Aldefonsi regis, mea spontanea voluntate, nullius cogentis imperio, sed sancto ducta desiderio, offerre pro remedio animæ meæ monasterio sancti Petri cluniacensis, et senioribus ibidem manentibus, illud meum monasterium quod habeo de avio, patrisque jure in terra de Trevinio, quod vocitatur Sancti Fausti, quod jacet de juso sancti Quirici de Furmicedo inter Villam-Albelam et Tablado super fluvium, ab integro cum suis decaniis, et terris, et vineis, pratis, pascuis, paludibus, montibus, fontibus, molendinis, aquis aquarum cum aquæductibus earum, exitu vel regressu cum suo soto, et suas defessas cultis et incultis, et cum quanta re ibi omnia potueritis invenire per suis terminis et locis antiquis. Igitur omnem istam supradictam hereditatem ego Urraca regina una cum filio meo Aldefonso rege offero illo monasterio sanctorum apostolorum Petri et Pauli de Cluniaco ab integro sicut superiùs resonat sine ullo malo foro, quod non intret ibi sajone, et non pectent homicidio, et non faciat ibi aliquis ulla fortia. Similitèr dono ego Urraca regina unam hereditatem in villa, quæ dicitur

Alcocer, quæ est in rivo de Oca inter Covacardelli et Casteldepedones, et vocatur illa hereditas Bariomorel cum suo collazo Flammoniuzi sine ullo malo foro, et sine sajone, et quod non pectet ullo pectô cum aliis, nec homicidium pectet, nec sajonem super se habeat, neque respondeat, nisi ad seniores de Cluniaco. Et istud supradictum donamus cum suas terras, et suas pezas, cum omni integritate; et de ista hereditate facio cartulam donationis ipsi supradicto monasterio, et domino Petro priori de Najara. Et si quis de mea progenie, vel de alia generatione, quidquid in ista cartula resonat, adniquilare, minuere, vel auferre tentaverit, cujuslibet ordinis, cujuslibet dignitatis sit, quisquis ille fuerit, qui talia commisserit, in primis sit propriis oculis privatus, et a Christi corpore et sanguine segregatus, et a regno Dei alienatus, et cum Juda domini traditore luat pœnas æterna damnatione, et a parte sancti Petri de Cluniaco cogatur reddere ipsam hereditatem in duplo vel triplo; et insuper auri libras centum ad partes regis. Facta cartula donationis sub era decies centena cun decies dena, decies quina, superadita sexies bina. Regnante me Urraca regina in Leone, et in Castella, et in Galicia; et istam cartulam donationis, quam fieri jussi, manu propria roboravi, et signum proprii roboris impressi ✠, et testibus ad confirmandum tradidi. Bernardus toletanæ sedis archiepiscopus confirmat. Didacus legionensis episcopus confirmat. Bernardus abbas sancti Facundi confirmat. Petrus comes de Lara confirmat. Rodericus comes frater ejus confirmat. Comes Suerius confirmat. Gonzalvo Pelagius de Asturias de Oviedo confirmat. Garcia filio de comite Garcia confirmat. Rodericus Martini filio de comite Martino confirmat. Garcia Lopiz de Marannone confirmat. Diago Lopiz filio de comite Lope de Viscaja confirmat. Roi Gomez filio de comite D. Gomez confirmat. Petro Gutierici filio de Gutier Fernandiz confirmat. Gonzalvo Gutierici confirmat. Guter Petrici de Orea confirmat. Rodricus Monici de Aquilar confirmat. Nunnus Fernandici de Pecesorios confirmat. Petro Gutierri de Lucia, et don Gutierre suo fratre confirmant. Petro Dieci el veio confirmat. Gonzalvo Dieci de

Formiceda confirmat. Fernand Diez de Sonnobal confirmat. ✠ ✠ ✠ Quirama qui notavit confirmat.

NOTAS.

1 El pueblo de Treviño nombrado en esta escritura no es el cabeza de condado, territorio antiguo de Alava, sino el castellano, que fue capital y título del arcedianato de Treviño, dignidad de la iglesia metropolitana de Burgos.

2 Uno de los que seguian la corte y firmaron la escritura fue don Diego Lopez con expresion de ser hijo del conde de Vizcaya don Lope Iñiguez, prueba de que su señorío estaba considerado como uno de tantos señoríos particulares de la corona de Castilla.

NUM. 98.

Donacion de los monasterios de Santiago de Langreiz, san Roman de Hornillos, Santiago de Villanueva de Mena, y de la heredad y collazos de Baños, al de san Millan de la Cogolla por Iñigo Lopez de Llodio, año de 1124.

Becerros de san Millan.

In Dei nomine. Ego igitur senior Enneco Lopez de Llodio trado et confirmo illum monasterium sancti Jacobi de Langreiz, sicut confirmavit pater meus, sancto Emiliano, et tibi patri spirituali abbati Petro ita confirmo supradictum monasterium cum omni integritate et pertinentia: et similitèr dono aliud monasterium, quod dicitur sanctus Romanus de Fornellos ab omni integritate cum sua pertenentia, et cum illa

parte, quæ fuit de senior Fortun Alvarez de Guinea, quam ego comparavi de meo proprio habere. Et similitèr dono aliud monasterium, quod dicitur sanctus Jacobus de Villanova in Mena ad omni integritate cum sua pertinentia. Et similitèr dono illam hereditatem et collazos quantum ad me pertinet in Banios ad omni integritate: et post obitum meum de toto ganato tertiam partem mando sancto Emiliano cum meo corpore; et mea sepultura fiat ad ostium capituli. Era millessima centesima sexagesima secunda.

NOTAS.

1 Esta escritura confirma la exîstencia de patronatos seculares en Alava, y de no ser necesaria la oriundez para obtenerlos.

2 Don Iñigo Lopez de Llodio confirma la donacion de Nanclares conforme la habia hecho su padre. Con esto vemos que dice relacion á la escritura de don Lope Sanchez, año de mil setenta y cinco, núm. 57 de mi tomo III, y por consiguiente, que el señorío de Llodio no era vizcaino, pues lo gozaba la casa de don Lope Sanchez, en quien estaban reunidos los del valle de Mena, valle de Ayala, valle de Llodio, valle de Orduña y otros de Alava. Es verdad que yo dexo manifestado que don Lope Sanchez, padre de este don Iñigo, fue hijo de don Sancho Lopez (hermano de don Iñigo Lopez, conde de Vizcaya), y nieto de don Lope Nuñez, conde tambien de Vizcaya, y tronco comun de las familias; pero no por eso se sigue que los valles de Orduña, Orozco, Llodio y otros comarcanos hubiesen pertenecido jamas al señorío de Vizcaya, ni sido parte integrante suya; pues bien podian estar

reunidos los señoríos en un poseedor, y ser distintos entre sí, como consta de los de Mena y Ayala. Presenten los Vizcainos un instrumento en que conste haberse dismembrado de Vizcaya: lo creerémos y celebiarémos, pues habrá esa prueba mas de que el señorío de Vizcaya era solariego, y se partia entre los hijos, nietos y herederos.

NUM. 99.

Donacion del monasterio de santa Cruz de Fresneda en 1127.

Becerros de san Millan.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego igitur senior Garsea Lopez, et mea conjuge domna Teresa offerimus Deo et sancto Emiliano pro remissione omnium peccatorum nostrorum illo monasterio que dicitur sancta cruce de Frexneto cum omni pertinentia ad integritatem, sicuti ego habui, sana, et libera de omni foro malo, cum terris et vineis, cum exitu et regressu, cum pascuis et montibus, et ribulis, et absque homicidio, et sine fornitio, et absque imperio regali de qualicumque more, et sub jure sancti Emiliani; ut serviat ad sancta Maria de Antozanos pro nostris animabus, et pro animabus parentum nostrorum, ut serviat Deo, et sancta Maria supradicta usque in finem sæculi; ut per ejus præcibus, et omnium sanctorum pervenire mereamur ad regna cœlorum. Si quis autem nostrorum propinquorum, posterum regum, aut principum, comitum, vel aliquorum hominum hanc nostram donationem disrumpere voluerit, sit a domino maledictus, et confussus, et cum Juda traditore in infernum sit dimersus: insuper ad parte regis pariet duo talenta auri, et duplum ad regula. Et ego Garsea Lopez simul cum conjuge mea Teresa, qui hanc cartam fieri jussimus, testes ad roborandum tradi-

mus, et confirmamus. Mea mater domna Elvira testis. Et senior Enneco Lopez de Fides testis. Et Petro Andreis testis. Et Gonzalvo Ferrandez testis. Et domno Santio de Lordone testis. Petro Martinez de Torres hic testis. Facta carta in era millessima centesima sexagesimà quinta. Regnante rege Aldefonso in Aragona, et Naierà. Senior Enneco Lopez dominante Lhodio, et Castella vetula.

NOTAS.

1 Por esta escritura parece que don Alfonso de Aragon dominaba en la Rioja y en la Castilla vieja de Valpuesta, pero no en Vizcaya, lo que conforma con otras escrituras, que señalan los límites de sus dominios en Vilorado y Valpuesta.

2 Don Iñigo Lopez, que dominaba en Llodio y Valpuesta, era hijo de don Lope Sanchez de Ayala, progenitor de los señores de Llodio y Orozco. Se conoce que los valles de Llodio y Orozco eran señoríos distintos del de Vizcaya, lo mismo que los de Ayala, Arciniega, Orduña y Arrastaria; de manera que por el sudoeste comenzaba la Vizcaya en Arrancudiaga.

NUM. 100.

Fueros de la villa de Caseda del reyno de Navarra en setiembre de 1129.

Archivo de Caseda, y Diccionario geográfico-histórico de España por la real academia de la historia, tomo I.

In nomine sanctæ, et individuæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego Aldefonsus Dei gratia Aragonensium, et Pampilonensium rex, dono, et concedo vobis vicinos de

Casseda tales foros, quales habent illos populatores de Daroca, et de Soria, et adhuc meliores; et facio vos ingenuos, et totam vestram posteritatem, de illa novena, quam solebatis mihi pariare, ut ampliùs non pectetis, nec vos, nec filii vestri, per sæcula cuncta. Qui venerit ad Casseda populare, non det novena, et sedeat ingenuo ibi, et sua hereditate franca, ubicumque habuerit eam. Si perdiderit aliquis homo de suo habere, vel sua hereditate, vel ulla causa de suo, peitet ad illum duplex, et mille solidos ad regem. Et si debuerit habere, vel fuerit fidiator de ulla causa, et venerit ad Casseda, sedeat solutus, et non peitet aliquid. Si fuerit homicida, et fecerit injuriam, veniat ad Casseda, et sedeat solutus, et non peitet aliquid. Qualecumque malum fecerit, non respondeat pro illo ad ullo homine, et si requisierit illum, peitet mille solidos ad regem, et duplet illos pignos ad vicinos. Si homo de Casseda habuerit rancura de homine de alia villa, et quesierit fidiator in suo concilio de directo, et non voluerit ei directum facere, pignoret, et levet illa pignora ad Casseda, et prendat de illa triginta solidos in assatura, et mittat suo seniore in Casseda fidiator super suos pignos, et veniat ad medianeto ad illa porta de Casseda illo habere que demandavit. Ille homo de Casseda firmet cum duos christianos, et ille homo de foras mittat suo habere in antea, vel pignos qui valeant duplum, usque ad tertium diem, et si non potuerit mittere illo habere in antea, vel in præsente, cadat de suo juditio per hoc, et non requirat unquam aliquid. Homo de Casseda, si occiderit hominem de foras, peitet triginta solidos ad foro de Soria: si occiderit suo vicino, peitet triginta solidos. Homo de foras, extraneo, si occiderit hominem de Casseda, peitet mille solidos, ad regem medios, et alios medios ad suos parentes. Si homo de alia terra demandaverit ullum juditium ad hominem de Casseda, et fuerit manifestum, benè; et si non, juret illo in Casseda, que non debet ad illum aliquid, et relinquat eum, et non habeat ullum juditium cum eo. Vicinos de Casseda non vadant ad fosato usque ad septem annos, et de septem annis en suso faciant se tres partes: et illo cabaillero, qui non fuerit ad fosato,

peitet in anno duo solidos, et pedone uno solido. Cabalcatores de Casseda, qui fuerint in terra de Moros, de ropas et de armas non dent quinta, si non fuerit laborata de auro vel argento. De captivo, si fuerit rex, vadat ad regem: de alio captivo sua quinta: vicinos de Casseda si fuerint in fosato cum rege, vel cum suo seniore, non dent nisi una quinta, nec dent azaria. Vicino de Casseda non sedeat merino, et si se fecerit merino, pectet mille solidos ad concilium, et occidant illum. Vicinos de Casseda non dent portatico in ullo loco. Ganato de Casseda non det herbatico: ganato de alia terra, si jacuerit de una nocte in antea in termino de Casseda, de uno grege det uno carnero, et uno cordero; de triginta vacas, una, media ad regem, media ad concilium. Si aliquis homo fuerit vilto ad filia aliena, vel ad mulierem, et potuerit cum duos vicinos firmare eum, peitet trecentos solidos, medios ad regem, medios ad mulierem; et si non potuerit firmare eum, juret cum duodecim homines, quod non fuit verum. Vicino ad suo vicino, si habuerit suspecta de furto de quinque solidos in jusso, juret. Si habuerit suspecta probatamente, deliminet se per litem. Mauri, judæi, et christiani, qui fuerint populatores in Casseda, habeant foros sicut illos de Soria et de Daroca: et in casa de caballero de Casseda non intret saione: et sua porta non sit sigillata: et illo ganato de Casseda que presierint mauri, vel guerreros, si fuerit caballo, vel alia bestia quadrupeda, pro illo caballo det suo seniore quinque solidos, pro alia bestia, uno solido; et si revellaverit, peitet duplato. In termino de Casseda ubi fuerit sagio de rege, habeat solutum, et qui fuerit fidantia de ullo habere, et fuerit mortuus, vel captivus, non sedeat requissitus. Qui fuerint in Casseda populatores, sedeant infanzones, et suos filios, et suos parentes, et omnis generatio sua. Homo de Casseda, si potuerit castellum amparare ad salvetatem de rege, habeat semper eum. Medianetos dono ad illa porta de Casseda cum totas gentes, et cum totos homines. Illo senior, qui fuerit de Casseda, de uno fructu in antea habeat sua pallea, et suo palleare. Homines de Casseda habeant terminum usque ad congustum de Carcastel-

lo, heremo, et populato. Terminos de montes in totas partes habeat Casseda ad uno die de andatura, et qui pignoraverit, peitet sexaginta solidos ad regem. Populatores de Casseda, si fuerint acalzados de quinque solidos, peitent per illos uno arrobo de trigo, et uno arrobo de ordio. Vicino in concilio aut in quintana, si habuerit ulla baralla, non habeat ulla arma cum se, et si habuerit, peitet quinque solidos ad concilium. Qui ista carta voluerit disrumpere, habeat mansionem cum Datan et Abiron, et cum Juda traditore in inferno inferiori hic et in perpetuum. Signum Adefonsi ✠ regis. Facta carta in mense septembris in villa Fraga, regnante me, Dei gratia rex, in Aragone, et in Pampilona, sive in Ripacorza, et in Superarbi. Episcopus Santius in Pampilona. Episcopus Arnaldus in Osca. Episcopus Guillelmus in Roda. Episcopus Santius in Naxera. Petrus Tizon in Stella. Castam in Biel. Caisar in Naxera. Fortun Lopiz in Soria. Lope Lopiz in Ricla. Garcia Ramiriz in Monzon. Fortun Alvarez in Verlanga. Vice-comite Centolle in Cesaraugusta.

Signum regis ✠ Ranimiri. Laudo, et confirmo hanc cartam, sicut superiùs scriptum est. Ego Michael scriptor sub jussione domini mei regis hanc cartam scripsi, et de manu mea hoc ✠ feci.

Signum regis ✠ Garsiæ. Ego Petrus de Sos, cappellanus, et scriba regis de manu mea hoc ✠ feci.

Signum ✠ regis Santii. Ego Santius Dei gratia Pampilonensis rex hanc cartam laudo et concedo, sicut superiùs scriptum est.

NOTAS.

1 Este fuero fue confirmado por el rey don Cárlos II de Navarra en Pamplona en el mes de mayo del año de mil trescientos cincuenta y cinco: en el privilegio de confirmacion, que tambien se halla original en el archivo de Caseda, se inserta á la letra todo el fuero; y en la fecha, donde dice:

Facta carta in mense septembris, hay una llamada al márgen, y en ella se lee de números romanos M.C.XXIX, con los quales se denota el año en que don Alonso concedió el fuero; y así lo escribe el P. Moret, Anales de Navarra, lib. 17, cap. VII, §. 3, A.

2 Entre las grandes exênciones que contienen estos fueros, es notable la de que quantos quisieran ir á ser pobladores en Caseda, fuesen infanzones, ellos, sus hijos, sus parientes, y toda su generacion. No presentarán los Vizcainos un fuero tan relevante; y sin embargo, ni para este, ni para las otras franquezas que se conceden, ha sido necesario decir que Caseda fue república independiente; pues sin que lo fuese, concedian los reyes todo lo que consideraban oportuno al objeto de poblar las ciudades y villas de su reyno.

NUM. 101.

Fueros de Escalona dados por don Diego y don Domingo Alvarez, con autoridad del rey don Alfonso VII, á 4 de enero de 1130.

Archivo de la villa de Escalona.

Sub imperio almæ, et individuæ Trinitatis, videlicet, Patris, et Filii et Spiritus Sancti, amen. Hoc est pactum, et fœdus firmissimum, quod jussit facere, et confirmare Didacus Alvariz, una cum fratre suo Dominico Alvariz, cum præcepto atque mandato domino nostro regi Aldefonso, Raimundi filio. Exaltet, et amplificet Deus regnum, et imperium suum, amen. Nos vero supradicti Didacus Alvariz, atque Dominico Alvariz damus vobis populationis vestræ vobis, et filiis vestris, sub tali conditione, et populatione, qua populavit Al-

defonsus rex, avus supradicti regis (æternam tribuat ei Deus requiem, amen) omnes castellanos in civitate Toleto: et adhuc hoc, quod possumus, vobis melioramus propter amorem Dei omnipotentis, et remissionem peccatorum nostrorum. In primis, ut eligatis ex nobilissimis et sapientissimis viris quatuor, qui semper sint una cum judice ad examinandum juditia populorum. Et nullum hominem non det portatico, ni fuerit mercator. Similitèr et pignora non solvatis, tam milites, quam omnes gentes. Et si aliquis pignora fecerit vobis, ipsa pignora duplet, et desuper sexaginta solidos pectet. Adhuc et milites non faciatis anubda, nisi uno fonsato in anno. Et qualis hobierit ex vobis, et tenuerit equum, aut loricam, seu aliquas armas ex parte nostra, ut hereditent filii sui, aut consanguinei sui. Et de vestris hominibus, qui vestro pane comedent, calumniam accipiatis, sed non homicidio. Si quis autem fuerit ultra serra, relinquat mulierem suam, aut filios, vel milites. Similitèr annadres sagitarii morem militum habeant. Adhuc autem unusquisque, ubi potuerit facere pesquera, aut molino, faciat. Et si aliquis hereditatem suam perdiderit absque culpa, revertatur ad eam. Et medianeto cum homines de ultra serra sit in Alfamin. Et judæus, nec maurus non sit judex supra christianos. Si quis hominem occiderit nollente infra civitatem, juditium faciat, et si volente occiderit, suspendatur in lazu. Si quis probatus fuerit per furto, similitèr sit suspensus. Et qui traditionem fecerit intra, vel foras, sit suspensus similitèr, et ipse solus pectet malum; mulier autem ejus, et filii vivant in ejus honore, si non consenserint, sed si consenserint, ita suspensi sint. Et mulier bona, vel mala absque sua voluntate non sit aviltata. Qui autem eam rapuerit, et fortiam fecerit, moriatur in lazu. Et hominem, qui mortuus fuerit, et parentes non habuerit, et cartam fecerit pro anima sua, totum sicuti fuerit, sic totum pro sua anima vadat. Si autem mortuus fuerit absque parentes, et absque carta, quintam partem detur pro ejus anima, et alia parte dent ad suas gentes. Et hominem, qui traxerit armas infra civitatem contra alium, sexaginta solidos pectet ad summum, medios ad palatio, et medios ad concilio; et ita

qui venerit in vando, sexaginta solidos pectet. Nostras vero hereditates tali foro habeat, sicuti vestras. Et per idem terras de ultra serra servitium nullum faciant. Et post completum annum, si voluerit suas hereditates vendere, vendat; et ubi placuerit ire, vadat. Posadas per forcia non donent. Qui autem supradicto fosado remanserit sine vera excussatione, solvat senioribus decem solidos. Vos vero in diebus nostris non eritis divissi, et post nostram mortem ex filiis nostris, cui volueritis, et melior vobis fecerit, ipsi servietis cum omnia vestra bona. Igitur qui judæum percusserint, more christianorum persolvant; et qui occiderint, trecentos solidos pectent. Qui autem occiderit, et fugerit a civitate prædicta aliquem hominem, mulier sua et filii vivant in ejus honore usque perveniant ad amorem parentum ejus. Postquam ad amorem eorum pervenerit, homicidium pectet, et ad domum suam revertat, et vivat. Et omnes menestrales foro non faciant nullum, nisi quod fecerint suos vicinos. Et nullum hominem vocero non exeat sajon, nec judice; et alcaldes dent ei æqualem se. Si quis autem tenuerit mauro captivo, in quantum comparatum fuerit, tertiam partem desuper accipiat, et mauro supranominato pro christiano tribuat. In vestris solaribus homines, quos volueritis, habeatis ad vestro servitio, sic ferrarii, quàm omnes menestrales. Et hominem cui injustè fecerint, ut sit ei adjutor omne concilium Escalonæ per damnum, adjuvent illum ad directum; et de quinque solidos arripia vadat ad Toleto; de quinque solidos aiuso, prendat judice de alcaldes de villa. Et si aliquam mulierem nullum hominem aviltaverit, aut fecerit verecundia, unde habeant suas gentes malum nomen, et potuerit affirmare cum duos homines legales, et siant bono testimonio, illo homine sit suspensus. Illa mulier si non potuerit affirmare, veniat illo homine, et juret cum duos homines qui sint legales, et sit solutus. Et hominem, qui fidejussorem dederit, non sit suspensus, neque trusus in carcere absque directum. Adhuc autem et clerici, qui Deo, et ecclesiæ serviunt, non alio, nisi Deo pro parte de suas hereditates serviant. Nos vero supradicti Didacus Alvariz, atque Dominico Alvariz, affirmamus hos supradictos foros vo-

bis omnibus populatoribus supradicta Escalona, ut habeatis, et teneatis vos, et filii, atque consanguinei vestri, vel qui fuerint ex vobis per cuncta sæcula amen, a foro, sicut populavit rex Aldefonsus omnes castellanos in civitate Toleto per foro de comite domno Santio. Si quis vero venerit, vel venerimus contra hanc cartulam ad disrumpendum, aut damnandum eam, sit maledictus a Deo omnipotente, et excomunicatus, sive anathematizatus cum Datan, et Abiron, quos terra vivos absorbuit, et habeat in infernum portione cum Juda traditore, et insuper hæc cartula firma permaneat. Et nos vero toto concilio de Escalona tam clerici, quam laici, nos, et filii, et consanguinei nostri per cuncta sæcula habeamus in mente, et memoria ipsas animas de ipsos seniores nominatos Didacus Alvariz, et Dominicus Alvariz, qui populaverunt nobis cum consilio, atque præcepto domino nostro regi Aldefonso, Raimundi filio; æternam tribuat eis Dominus requiem, amen. Ut persolvamus pro eorum animas missas, et orationes, sive oblationes, donemus omni tempore, sicuti auxiliante Deo promittimus. Facta cartula ista secundo nonas januarii era millessima centesima saxagesima octava. Regnante prædicto rege Aldefonso. Archiepiscopus toletanæ sedis Raimundus, atque totius Hispaniæ primas. Signum regis Adefonsi filii de comes Raimundus ✠. Joannes Fernandez cancellarius de rex. Comes Petrus de Lara confirmat. Comes Rodrigo Gonzalviz de Lara confirmat. Comes Rodrigo Gomez confirmat. Comes Petro Lopez confirmat. Comes Rodrigo Martinez confirmat. Rodrigo Fernandez, el Calvo, confirmat. Goter Fernandez confirmat. Diac Muñoz, merino, confirmat. Goter Ermillac, alcalde de Toleto, confirmat. Ponce de Cabrera confirmat.

Adicion del concejo.

Et Nos concilio de Escalona habemus foro per poner alcaldes por años, et a collationes, et dionoslo Didacus Alvarez per foro; et dedit eis Aldefonsus rex terminum ad populatores de Ascalona del termino de civitate, illa carrera, quæ vadit ad

Talavera per la serna de sancti Vicenti, asi como las aquas de Quadamora cadunt in Alberis, et de alia parte de Fontesalte, et de partes de Mancheda, como cadit Pradana in Alberis.

NOTA.

Esta escritura de fueros hace ver que no es necesario tener estado republicano independente para gozar exênciones grandes, y que todas las conocidas de los nobles vascongados traen su orígen del Fuero vîejo de Castilla dado por el conde don Sancho Garcés que se cita aquí, como en los fueros de Toledo.

NUM. 102.

Donacion de varias heredades á la iglesia catedral de Calahorra en 27 de noviembre de 1132.

Archivo de Calahorra.

In nomine sanctæ Trinitatis et individuæ unitatis, Patris scilicet, et Filii, et Spiritus Sancti. Hæc est carta votivæ donationis et confirmationis, quam facio ego Petrus Joannis, filius Joannis Enneconis, Deo et sanctæ genitrici ejus Mariæ, ac sanctis martiribus Emeterio et Celedonio libenti animo et spontanea voluntate. Placuit itaque mihi nullius cogentis imperio, nec malè suadentis ingenio, quod dono, et offero omnipotenti Deo, et prædictis sanctis, ecclesiæque pontificali, et Deo ibi servientibus, meam hereditatem, quam habui a meis progenitoribus; sine voce mala, videlicet sex agros, quorum unus est in Torrescas circa agrum alcaldi Fortun Joannis; secundus ager........; tertius ager in illo despennatero habens utraque parte agros de Monnio Gueiza, et de Joannis Guemar: quartus ager subtus viam de olivo circa agrum filiorum

Petri Diaz; quintus vero in sentero Medrano, qui ager fuit Emiliani fornarii: sextus denique ager in illo particero circa Dominico Zuleman. Quinque etiam vineas, quarum una novella est circa illa turre ubi est illo molino episcopi, quam volo ut sit ad opus luminariorum altarium cum una cupa capiens tredecim leocas: cæteras quatuor vineas clericis do servientibus sub jussione episcopi, et jure consistentibus, et sunt omnes istæ quatuor in campo de Benesat, quarum una est inter illas portiones vinearum de domna Sancia, matertera, et filios de Joannis Marcux: altera vinea illa, quam creavit Junez: altera vinea, quam plantavit Dominico Nazares: quarta demum est super via de Olivo, quam plantavit Pasqual filio Sancii Stephani. Insuper et meam domum in barrio sanctæ Mariæ ad parietem domus domnæ Solis amitæ meæ, sororis videlicet patris mei. Hæc omnia superiùs comprehensa, videlicet sex agros, et quinque vineas cum domo, ego Petrus Joannis mea propria voluntate in timore, et ardenti amore Jesu-Christi pro salute meæ animæ, proque requie meorum parentum dono, offero et firmo omnipotenti Deo, et ecclesiæ sanctæ Mariæ, sanctorumque martirum Emeterii, et Celedonii, ut sint in perpetuam hereditatem inconcusso tenore ab episcopo et clericis perpetuò possidenda. Si vero quælibet persona ecclesiastica, sæcularisve, seu quis meæ propinquitatis hoc meum votivum donativum in aliquo defraudare, inquietare vel diminuere tentaverit, nisi plenè satisfecerit ecclesiæ, et episcopo, clericisque illius a diabolo correptus, et horribilitèr invasus, nec in hoc sæculo, neque habeat requiem in futuro, sed cum Datham, et Abiron, Saul, et Juda domini traditore crutietur in inferno inferiori, ubi nulla est redemptio: hæc tamen nostra oblatio firma, integra, illibataque supradictæ permaneat ecclesiæ, et Deo ibi servientibus. Et ad testimonium perpetuæ confirmationis mea manu hoc ✠ signo corroboro coram testibus idoneis clericorum, laicorumque totius calagurritani concilii, scilicet istis: Joannes prior: abbas Joannes senior: Joannes Felicis: Petrus Carbonis: Blasco Sacrista: Petrus Semenis: Petrus Zait de sancto Andrea: et Didaco Dominico: et

de pueris clericis Joannes nepos Juliani presbiteri: Francellus nepos Dominici. De laicis testes legales Martin Stephano: alcalde Fortun Joannis: Petro Dominicoz: Nuño Pelaiz: Petro filio de domno Petro: Munio Gueiza: domnus Michael: Dominico Pasqual filio de Pasqual Dulquit: Joannes de Alcalde: Joannes Martin minor. Istis præsentibus, videntibus, et audientibus in conspectu totius populi virorum ac mulierum attendentium fuit lecta, recitata, et prædicata, et altari oblata et impossita a me Petro Joannis scriptura hujus votivæ, ac voluntariæ donationis, et oblationis in majori missa, et post dictum evangelium; et offerenda decantata, die dominico. Facta, et roborata, sive testificata carta votivæ donationis era millessima centesima septuagesima, dominica prima adventus Domini, natale sanctorum Facundi et Primitivi quinto kalendas decembris. Regnante domino nostro Jesu-Christo sine fine, et sub eo Adefonso Sancii regnante de Montson usque Bilforato, et antiqua Castella, et usque Sancto Stephano de Gormaz, et Monterregale versus Baracina, et usque castello Orta dicto, sex millibus distans a Tortosa et infra: venerabili episcopo Sancio oscitano alumno præsidente præfatæ sedi, et universo ejus episcopio. Dominantibus Calagurræ sub præfato rege Capoz Fortun Azenariz: Fortun Lobo de Soria: Bertran de Larbasa: alcalde Fortun Joannis: judice domno Crispino: sajon Lope Anguila. Ipso tempore, octavo die omnium sanctorum, præfato episcopo insistente, et strenuè elaborante, translatio sanctorum corporum Emeterii et Celedonii, simul et dedicatio altaris, ac statuta solemnitas eorum singulis annis præfato die ab episcopo oxomensi, et archiepiscopo ausciensi; quo que dum imperator jam dictus prædidebat ligna in montibus sancti Emiliani, et deponebat ea ad Iberum fluvium, ut perinde navigio ea deferret ad opugnandam civitatem Dertosam, et capiendam divino adjutorio, amen.

NOTA.

La escritura presente contiene muchas y muy importantes noticias para la historia de la catedral

de Calahorra, de todo su obispado, y de la nacion entera; pero por ahora fixo mi atencion solo en que señala los límites del territorio en que dominaba don Alfonso *el Batallador*; y por lo respectivo á mi objeto se ve que no subia el año de mil ciento veinte y siete por noviembre mas arriba de Vilorado y su cordillera hasta lo que se nombraba entónces *Castilla la Vieja*, reducido al distrito de Valpuesta y su comarca; lo qual unido á la circunstancia de que don Diego Lopez seguia la corte de la reyna doña Urraca, como hemos visto en otras escrituras, hace creer que Vizcaya tenia el partido de Castilla, y no el de Navarra.

NUM. 103.

Cambio de heredades entre el obispo de Calahorra don Sancho, y su cabildo, con don Sancho Fortuñez, dia jueves 16 de agosto del año 1134.

Archivo de la catedral de Calahorra.

In nomine simplo ac triplo sanctæ Trinitatis ac individuæ unitatis Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti. Ego Sancio Fortunionis, et meo neto Fortunno de nostra bona voluntate, et sana mente facimus cambio cum vobis domno Sancio episcopo, et cum vobis clerici de sancta Maria. Damus namque vobis illam nostram eram in illas eras de jusso inter ipso vestro palatio, et illa vinea de los peros, in cambio de illas duas vestras vineas, quas donastis nobis in illa Lampajana pro ista nostra era: quam Deo, et sanctæ Mariæ, et vobis affirmamus, ut habeatis illam totam integram, et possideatis jure hereditario ritu ecclesiastico, inconcusso tenore, absque alicujus contradictione perpetuo tempore. Si quis vero illam vel ex parte, vel ex toto tollere illam præsumpserit, pectet vobis et regi mille

aureos, et ecclesiæ vestræ alteram tam magnam componat eram, quanta est ista ad ejus limitem, quam vobis damus et affirmamus, in perpetuam hereditatem ecclesiæ vestre profuturam. Testes legales de isto cambio facto et roborato meo suprascripto, Petro Dominico Adelquerim: alcalde Fortun Joannis: Sancius de Arbidio: Dominico Michael: Zageith Quiram, et concilio de clericos et laicos de sancta Maria. Facta et roborota scriptura de isto cambio era millessima centesima septuagesima secunda, feria quinta mediantis augusti, altero die assumptionis sanctæ Mariæ, post illam multam et malam mactationem christianorum in Fraga, in qua ferè omnes gladio ceciderunt, perpauci vero vix inermes per fugam evasserunt cum rege, feria tertia, die sanctarum Justæ et Rufinæ: episcopo præfato Sancio regente felicitèr sedem episcopalem calagurritanam, et totum episcopatum usque in fines Alavæ. Sub eo in cathedrali ecclesia calagurritana Joannes Quiram prior: Giraldus sacri custos: Blasco subsacrista: Petrus Carbonellus capellano: regnante Adefonso Sancii de Montson usque Bilforatum: sub eo in Calagurra seniores Fortun Lopez de Soria, Beltran de Larbasa cum suppare Gonzalo cognato suo, Fortun Azenariz, et alii: alcalde Fortun Joannis: adelantato Dominico Crispino: saion Lope Anguila.

NOTA.

Esta escritura, que tambien interesa mucho para la historia nacional, confirma la especie de la extension de dominios del aragónes con los límites explicados en la donacion de veinte y siete de noviembre de mil ciento treinta y dos.

NUM. 104.

Donacion y confirmacion de donaciones de varios lugares, y derechos al monasterio de Náxera por el emperador don Alfonso VII de Castilla en 11 de noviembre de 1135.

Archivo del monasterio de Náxera.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Adefonsus Dei gratia Hispaniarum imperator una cum conjuge mea imperatrice domna Berengaria pro redemptione animæ meæ et parentum meorum, facio cartam donationis et confirmationis senioribus sancti Petri de Cluniaco, et vobis domno Stephano priori, et ecclesiæ vestræ beatissimæ virginis Mariæ de Najara, et monachis ibidem Deo servientibus, et omnibus eorum subsequentibus monastico ordine in præfata ecclesia degentibus de omnibus quæ dedit mater mea Urraca, pii regis Adefonsi filia, ecclesiæ beati Petri de Cluniaco, et ecclesiæ beatissimæ Mariæ de Najara, et monachis in præfata ecclesia Deo servientibus, videlicet de illa albergueria ad opus pauperum. Deinde concedimus quandam villam, quæ dicitur Aleson ad illuminationem altaris. Dehinc sanctum Georgium de Oliacastro, et Covamcardellem, et villam Almundar; et in Alcozer barrium del Murel cum suo collazo, et ecclesiam sancti Martini de Oda, et ecclesiam sancti Romani de Gallinero; et in Asturiis sanctam Mariam de Portu, et quandam villam eremam, quæ Prebo vocitata est cum suo termino, et quoddam monasterium, quod dicitur sancti Fausti. Has supradictas ecclesias, et villas, et hereditates damus cum omnibus directis, et totam decimam de portatico de Logronio, et de Najara. Insuper confirmamus vobis, et ecclesiæ vestræ omnes illas ecclesias, et villas, et hereditates, et testationes, quas parentes mei et avus meus domnus Adefonsus, et comites, et principes pro remedio animarum suarum ecclesiæ vestræ tradiderunt. Has præfatas ecclesias,

et hereditates dono, et concedo vobis, et ecclesiæ vestræ, ut hereditario jure teneatis, et habeatis in perpetuum in tali foro, quale posuerunt avus meus domnus Adefonsus bonæ memoriæ, et rex Garsias. Si quis autem de mea gente, vel de aliena hoc meum donum infringerit, sit maledictus, et cum Juda proditore in inferno damnatus; insuper duplet vobis hereditatem, imperatori vero mille pectet morabetinos. Facta carta in Najara quarto idus novembris era millessima centesima septuagesima tertia. Adefonso imperatore imperante in Toleto, in Legione, in Cæsaraugusta, in Najara, Castella, et Gallitia. Ego Adefonsus imperator hanc cartam jussi fieri, et factam propria manu roboravi, postquam fui coronatus in Legione. Garsias rex pampilonensis confirmat. Comes Roic Martinez confirmat. Comes Roic Gomez confirmat. Comes Roic Pedrez confirmat. Comes Lope Diez confirmat. Guter Fernandez majordomus confirmat. Almaric alferiz confirmat. Semeno Enneguez confirmat. Sancius najarensis episcopus confirmat. Semenus burgensis episcopus confirmat. Garsias cæsaraugustanus episcopus confirmat. Michael tirasonensis episcopus confirmat. Petrus palentinus episcopus confirmat. Bertrandus oxomensis episcopus confirmat. Michael Feliz merinus confirmat. Magister Petrus cappellanus confirmat. Garsias Fortuniones de Daroca testis. Lope Lopez de Mendoza testis. Michael alcaldius de Najara testis. Garsias Pedrez testis. Stephanus Sarioth testis. Joannes Antoninus testis. Robertus de la Barba testis. Giraldus scripsit hanc cartam jussu magistri Hugonis tunc temporis cancellarii imperatoris.

NOTAS.

1 Por esta escritura consta que don Lope Diaz, quarto del nombre entre los señores de Vizcaya, hijo de don Diego Lopez, *el primero*, seguia la corte de Castilla, y tenia la dignidad de conde, la qual no habia gozado su padre don Diego Lopez; y no hay fundamento de creer se la hubiese dado ningu-

no, sino don Alfonso VII *el emperador*, de quien su crónica lo dice positivamente, y denota la sujecion de su señorío vizcaino á la corona de Castilla.

2 Tambien seguia la corte don Lope Lopez de Mendoza, señor de la mayor parte de la tierra occidental de Alava primitiva, y por consiguiente parece regular que sus estados estuvieran entónces sujetos á Castilla, sin perjuicio de que la parte oriental fuera poseida por el rey de Navarra de resulta de las últimas guerras citadas en mi tomo I.

NUM. 105.

Confirmacion de la donacion de Aleson al monasterio de santa María de Náxera por el emperador don Alonso VII de Castilla en el año de 1135.

Archivo del monasterio de Náxera.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Aldefonsus Dei gratia Hispaniarum imperator, rememorans districtum juditium Salvatoris, facio hanc cartam donationis, et confirmationis. Dono Deo, et beatæ Mariæ de Najara, et placuit mihi libenti animo, bona mente, et spontanea voluntate propter remedium animæ meæ donationem illam, quam fecit imperator Aldefonsus Deo et beatæ Mariæ de Najara propriè ad illuminationem altaris, de illa villa quæ dicitur Aleson, illam bonam donationem laudo, et confirmo, et concedo Deo, et ad illuminationem altaris, et tibi Joanni sacristæ, ut habeas, et possideas tu, et illi sacristani qui post te venturi sunt, totam ab integro cum omnibus suis terminis, et cum omnibus suis pertinentiis, et cum totis suis directitiis, qui ad ipsam villam pertinent, vel pertinere debent. Et nullus majorinus regis, vel sajon, vel quilibet homo sit ausus ibi aliquid demandare, vel introire; et non pectent homicidium, vel fonsadera, nec

aliquam rem, nisi sacristano qui eam tenuerit; sed sit libera et ingenua et quieta, et sine omni regali pecto, et sine malo foro, domino Deo et altari beatæ Mariæ prædictæ in perpetuum; et sit semper in potestate de illo sacristano qui servierit prænominato altari. Hæc autem mea confirmatio et concessio, quam ego imperator Aldefonsus facio tibi Joanni sacristano et omnibus post te venientibus ad altaris gloriosissimæ Mariæ illuminationem, sit firma et illibata et quieta per sæculorum sæcula, amen. Si quis autem de mea gente, vel de aliena hoc meum factum benè et firmitèr confirmatum infringere, vel minuere tentaverit, sit maledictus et excomunicatus, et cum Juda traditore in inferno damnatus. Insuper duplet vobis hereditatem, et regiæ parti mille moravetinos. Facta carta era millessima centesima septuagesima tertia. Aldefonso imperatore imperante in Toleto, in Legione, in Cæsaraugusta, in Najara, Castella, et Galicia. Ego Aldefonsus imperator hanc cartam jussi fieri, et factam propria manu roboravi, postquam fui coronatus in Legione. Garsias rex pampilonensis confirmat. Comes Roic Martinez confirmat. Comes Roic Gomez confirmat. Comes Roic Pedrez confirmat. Comes Lope Diez confirmat. Guter Fernandez mayordomus confirmat. Almaric alferiz confirmat. Semeno Enneguez confirmat. Sancius Najarensis episcopus confirmat. Semenus burgensis episcopus confirmat. Garsias cæsaraugustanus episcopus confirmat. Michael tirasonensis episcopus confirmat. Petrus palentinus episcopus confirmat. Bertrandus oxomensis episcopus confirmat. Michael Feliz merinus confirmat. Magister Petrus cappellanus confirmat. Garsias Fortunionis de Daroca testis. Lope Lopez de Mendoza testis. Michael alcaldius de Najara testis. Garsias Pedrez testis. Stephanus Sarioth testis. Joannes Antoninus testis. Robertus de la Barba testis. Giraldus scripsit hanc cartam iussu magistri Hugonis tunc temporis cancellarii imperatoris.

NOTA.

Esta escritura sirve para lo mismo que la precedente.

NUM. 106.

Donacion del monasterio de san Fausto de Treviño en favor del de santa María de Náxera por el emperador don Alfonso VII de Castilla en 14 de setiembre de 1136.

Archivo del monasterio de Náxera.

Ea quæ a regibus sive a principibus, ecclesiis donantur, idcircò scripto et memoriæ commendatur, ne posteris oblivioni per negligentiam tradantur; quapropter ego Adefonsus Dei nutu Hispaniæ imperator una cum conjuge mea domna Berengaria grato animo, et voluntate spontanea nemine cogente, pro remedio animæ meæ, et omnium parentum meorum, facio cartam firmam et stabilem ecclesie sancti Petri de Cluniaco, et ecclesiæ sanctæ Mariæ de Najara, et vobis domno Stephano najarensis ecclesiæ priori, cæterisque monachis in eadem ecclesia Deo, et beatæ Mariæ servientibus futuris, et præsentibus, et dono vobis in hereditatem illud monasterium sancti Fausti in Trevinio situm, et inter Villamdiego, et Formiceda possitum, cum omnibus honoribus et hereditatibus suis, cum decaniis, et villis, et terris, et vineis, pratis, pascuis, atque rivis, molendinis, et vallibus, et fontibus, cum intratibus, et exitibus, cum terminis, et omnibus directis suis, cum omnibus pertinentiis suis, quocumque loco fuerint, et invenire potueritis. Hereditatem prædictam tali tenore dono et concedo prædictis ecclesiis, scilicet de Cluniaco, et de Najara, et vobis domno Stephano priori, et omnibus aliis monachis præsentibus, et futuris, ut teneatis et possideatis illam liberam, et ingenuam vos et successores vestri per hereditatem in perpetuum. Hoc meum factum si quis de mea, vel aliena gente disrumperit, vel diminuerit, sit a Deo maledictus, et in inferno cum Juda proditore sine fine damnatus, et si aliquid de prædicta hereditate violenter prendiderit, in duplum domino

suo reddat, et imperatori pectet centum libras auri. Facta carta in Najara decimo octavo kalendas octobris, era millessima centesima septuagesima quarta. Adefonso imperatore imperante in Toleto, Legione, Sarragoza, Najara, Castella, Galicia. Ego Adefonsus imperator han cartam, quam iussi fieri, confirmo, et manu mea corroboro in anno secundo quo coronam imperii primitùs in Legione recepi. Sancius najarensis episcopus. Semenus burgensis episcopus. Bernardus sagontinus episcopus. Petrus palentinus episcopus. Comes Rodericus Martinez. Comes Rodericus Gonsalvez. Comes Rodericus Gomez. Comes Lope Diez. Comes Latro. Guter Fernandez majordomus confirmat. Almaricus alferiz confirmat. Michael Feliz merino in Burgis et Najara confirmat. Petrus Gutierrez de Luna confirmat. Gonsalvus Diez confirmat. Rodericus Fernandez confirmat. Petrus Padela confirmat. Fernandus Pedrez Logordo confirmat. Giraldus scripsit hanc cartam jussu magistri Hugonis cancellarii imperatoris.

NOTA.

Esta sirve para lo mismo que las dos antecedentes.

NUM. 107.

Donacion á santa María del Puerto de Santoña por el emperador don Alfonso VII, dotando su monasterio con otras muchas iglesias y sus pertenencias en el año 1136.

Archivo del monasterio de Náxera.

In nomine Dei. Ego Adefonsus Hispaniæ imperator regnante in Toleto et in Leone, et in Galletia, et tota Castella vobis abbate domno Martino, vestrisque successoribus in perpetuum promovendis, facio cartam donationis pro remedio animæ meæ, ut de hodie in tempore non intret saio re-

gis, nec aliquis alterius potestatis in tota hereditate et honore de sancta Maria de Portu ubicumque fuerit, nec pro calumnia, neque pro alia facendaria, sed sit cotata, et honorificata ævò perenni. Et de Pomar delante cum toto coto Cabrero usque in toto Brusco, et de Gromo pro illius mare usque ad Pennaverana. Et super hac statuit decretum, ut nullus homo vivens ingrediatur de Pomar delante, ut sicut superiùs ipsos terminos resonant, nullus homo sit ausus intrare, neque cum vacas, neque cum porcos, neque ad pascendum, neque ad pignorandum. Si quis vero fecerit, et intrare præsumserit sine jussione abbatis, et disruptor fuerit hoc testamentum, occidatur, et mors ejus nullus homo inquiratur. Homicida vero, vel advena, pupillus, atque pauper, qui ad ecclesiam sanctæ Mariæ confugerit de ipso Pomar delànte, sicut superiùs ipsos terminos resonant, nullus homo audeat post eum ire ad prehendendum, seu abstrahendum sine præcepto abbatis; sed ipse abbas acceptis fidejussoribus parietur in concilio, et secundum legibus judicetur: qui autem hoc fecerit cum violentia intra ipsos terminos, occidatur. Hoc testamentum vel pactum de huius scripturæ fecit imperator ad illo abbatem domno Martino, et ad suis fratribus jure perpetuo ✠. Et ego jam supradicti imperatore, qui textum scripturæ feci, sic dono pro remedio animæ meæ, vel parentum meorum ad ipsa ecclesiæ sanctæ Mariæ, et a vobis abbate Martino, et a vestris successoribus, ipsas meas ecclesias heremas, quæ sunt in alfoz de Aras, id est, sancta Eulalia de Asperilla cum sua serna, vel cum suas defessas, et cum totos suos terminos regalengos; et in Arnorio sanctorum Cosmæ et Damiani; et in Mugante sanctæ Eulaliæ, sancti Petri de Nolia, sancta Eulalia de Lamus; et in Argononios sanctorum Justi et Pastor, sancti Salvatoris de Larvario, sancti Andreæ de Ambrosero, sancti Petri de Solorzano; et in Aras sancti Pantaleonis, sancta Eulalia, sancti Michaelis de la parte, sancta Maria de Carasa, sancti Stephani de Padierniga; et in alfoz de Presines sancti Mametis de Eirniago cum suas defessas, et cum totos terminos regalengos; et etiam in Aras sancti Mametis cum omni hereditate sua per

termino de la aqua de Rada; per illa callega de Aquasal usque ad illos limites de Flanez; et deinde ad sommum cum forcum; et per illa callega de ayuso; et a Riocabo, et a Mazante negra usque ad Ruega; et a Montenegro, et a Bocillos, et a Botu usque ad illa aqua de Rada; et in omni Aras cum omnibus terminis suis fiat hereditaria ipsa ecclesia sancti Mametis. Et ipsas ecclesias totas dono et concedo ego imperatore ad sanctæ Mariæ, et ad ipsos fratres qui ibi fuerint commórantes et ad tibi abbati Martino, ipsas ecclesias cum totas suas hereditates, qui ad ipsas ecclesias pertinent, ut habeatis, et possideatis vos, et qui fuerint post vos per in sæcula. In era millessima centesima septuagesima quarta. Et insuper ut quisquis homo in ipso monasterio intra jam supranominatos terminos cum superbia vel forcia ingredere voluerit, et ipso abba minimè valuerit ipsa ecclesia defendere, vel vendicare non potuerit; potestas terræ, comites, ac principes, vel merinos, aut judices, vel tiranos, aut montañeros, qui hoc fecerint, fiant excomunicati, et extraneati a corporis et sanguinis domini, et habeant iram de sancta Maria, matris domini nostri Jesu Christi: amen, amen, amen: et insuper pro damno parient monasterii vocem pulsanti centum libras auri. Ego Adefonsus imperator, qui hanc cartam fieri jussi, confirmavi, et propria manu roboravi. Signum imperatoris. Hujus rei sunt isti testes. Comes Rodericus Gonzalvez obtinente Toleto et Asturias confirmat. Comes Rodericus Martinez confirmat. Comes Gonzalvus confirmat. Gutier Fernandez majordomus confirmat. Almaricus alferiz confirmat. Lope Lopez confirmat. Michael Felices merino confirmat. Raimundus toletanus archiepiscopus confirmat. Petrus segoviensis episcopus confirmat. Berengarius salmantinus episcopus confirmat. Semenus burgensis episcopus confirmat. Abbas Martinus de sancta Juliana confirmat. Abbas Romanus de sancti Emeterii confirmat. Geraldus scripsit hanc cartam jussu magistri Hugonis Cancellarium imperatoris.

NOTA.

Todos los pueblos que se citan en esta escritura

estan en Astúrias de Santillana y comarca de Santoña; con lo que se ve que los dominios del emperador don Alfonso VII llegaban hasta los paises confinantes con Vizcaya; y si este condado fuera república independente no es creible hubieran dexado de ocurrir motivos de guerra una vez ú otra, como con Navarra, Aragon, Portugal y reynos moros de Andalucia.

NUM. 108.

Donacion y confirmacion de pertenencias de la iglesia de santa Coloma, y otras, al monasterio de santa María de Náxera por el emperador don Alfonso VII de Castilla en 30 de enero del año 1137.

Archivo del monasterio de Náxera.

Quia ad ultimum vitæ finem de die in diem per mutationes temporum currimus, opus est interim quandiu vivimus, ut bona, quæ possumus facere, faciamus, ne illud evangelium „amen dico vobis: nescio vos" a nuptiis audiamus. Ea propter ego Aldefonsus nutu Dei Hispaniarum imperator una cum conjuge mea imperatrice domna Berengaria grato animo nemine cogente pro salute animæ meæ et parentum meorum dono ecclesiæ sancti Petri de Cluniaco, et ecclesiæ sanctæ Mariæ de Najara tibique Stephano ejusdem ecclesiæ prioris, tuisque successoribus, necnon et monachis ibidem Deo et sanctæ Mariæ sub regula beati Benedicti servientibus, præsentibus, et futuris, ecclesiam sanctæ Columbæ, quæ est in territorio najarensi, cum barrio sancti Michaelis, et cum omnibus terminis suis, quos hodiè habet, aut antiquitùs habuit, et cum villis suis, videlicet cum Bizares, cum Arenzana de suso, cum Valle majore, cum populatione de collazo de Saja, cum Turresicca, cum

omnibus terminis earundem villarum, cum montibus, et vallibus suis, cum aquis et rivis, pratis, pascuis, molendinis, vineis, terris, hortis, et cum omnibus pertinentiis suis ubicumque fuerint: ecclesiam sanctæ Columbæ, quam supra diximus; et hereditates, quas habet in Rogo; et hereditatem, quam habet in Najara; casas, et molendinum, et hortos, et hereditates, quas habet in Mahabe, et in Cardenas; et ecclesiam sanctæ Mariæ quam habet in Bannos de suso cum sua hereditate; et ecclesiam sancti Petri de Villanova de Castello de Tobia cum sua hereditate, et suis collaciis; et hereditatem de Huercanos; et turrem Vénal de Fontemajore cum sua hereditate, et cum suis canalibus; et vineam, quam habet in Medrano; et hereditatem, quam habet in Sotes; et hereditatem, quam habet in Genestar; et decimam panis et vini illarum hereditatum, quas habet rex in Legarda, et Villa-Mezquina; et hereditatem, quam habet in Salinis de Leniz; et hereditatem, quam habet in Soruslada; et ecclesiam sanctæ Mariæ de Genestar cum sua hereditate, quæ est in termino Sanctæ Columbæ; et ecclesiam sanctæ Mariæ de Orbites cum sua hereditate; et si quas alias hereditates ecclesia sanctæ Columbæ tenuit et habuit cum monasterio ipso sanctæ Columbæ, dono, et concedo ecclesiæ sanctæ Mariæ de Najara, tibique Stephano ejusdem ecclesiæ priori, et monachis ibi Deo servientibus, ut habeatis, et possideatis jure hereditario in perpetuum. Si quis igitur de meo genere, vel alieno hoc meum factum infringerit ausu nefario, sit a Deo maledictus, et in inferno cum Juda proditore sine fine damnatus, et cum Datham et Abiron, quos terra vivos absorbuit vivus apud inferos demergatur, et quidquid de prædicta hereditate injustè prehendiderit, in duplum reddat, et pectet imperatori mille libras auri. Facta carta in Burgos tertio kalendas februarii era millessima centesima septuagesima quinta, Aldefonso imperatore imperante in Toleto, Legione, Zaragoza, Najara, Castella, Gallicia. Ego Aldefonsus imperator supra memoratus hanc cartam, quam jussi fieri in anno secundo quo coronam imperii primitùs in Legione recepi, confirmavi, et manu mea roboravi. Et ne ampliùs

super prædicta hereditate abbas de sancto Emiliano nomine, et sui monachi vel successores eorum, quibus prædictam hereditatem, nesciens quod de jure de sanctæ Mariæ de Najara fuisset, dederam, aliquo tempore quærimoniam facerent, mandavi Stephano priori de Najara, ut Petro abbati et suis monachis centum marcas argenti, quas mihi pro prædicto honore dederant, redderet, quas reddidit tali pacto, ne ampliùs ipsi vel successores eorum jam dictum honorem, quem injustè tenuerunt, requirerent; et in testimonium hujus facti ipse abbas et monachi reddiderunt Stephano priori et najarensi ecclesiæ cartam quam de ipso honore, meo jussu fecerant ✠. Signum imperatoris. Raimundus toletanus archiepiscopus confirmat. Petrus legionensis episcopus confirmat. Petrus segoviensis episcopus confirmat. Bernardus saguntinus episcopus confirmat. Berengarius salamantinus episcopus confirmat. Sancius calagurritanus episcopus confirmat. Simeon burgensis episcopus confirmat. Comes Rodericus Gonsalvez confirmat. Comes Rodericus Martinez confirmat. Comes Rodericus Gomez confirmat. Comes Ermengol de Urgel confirmat. Comes Lupus Diez confirmat. Comes Latro confirmat. Semenus Enneguez confirmat. Guter Ferrandez majordomus. Rodericus Ferrandez. Almaricus alferiz. Garsias Fortuniones. Melendus Bofin. Michael Feliz merinus in Burgis. Alvertinus. Diego Munnioz merinus in Carrione. Giraldus scripsit hanc cartam jussu magistri Hugonis cancellarii imperatoris.

NOTA.

El conde don Lope Diaz, señor de Vizcaya, quarto del nombre, seguia la corte de Castilla como los años antecedentes.

NUM. 109.

Donacion de la villa de Fuente-Bureba en favor del monasterio de santa María de Náxera por el emperador don Alfonso VII de Castilla en 9 de octubre de 1137.

Archivo del monasterio de Náxera.

In Dei nomine. Ego Adefonsus Dei gratia, Hispaniarum imperator, una cum conjuge mea domna Berengaria, bono animo, et spontanea voluntate pro remedio animæ meæ, et parentum meorum, facio cartam donationis, et confirmationis Deo, et sanctæ Mariæ de Naxera, et vobis priori domno Stephano, et omnibus fratribus ibidem Deo deservientibus, et omnibus vestris successoribus, de quadam villa quæ dicitur Fons de Borobia, quantum ego habeo ibi, quod pertinet ad regiam potestatem, tam de creatione, quam de omni alia hereditate. Hanc hereditatem præfatam dono, et concedo Deo, et ecclesiæ sanctæ Mariæ de Naxera, et vobis priori domno Stephano, et omnibus fratribus, ibidem Deo deservientibus, et omnibus vestris successoribus, cum omnibus collacis suis, et omnibus terris cultis, et incultis, vineis, arboribus, molendinis, pratis, paludibus, cum intratibus, et exitibus, et cum omni sua pertinentia, et cum omni illo, quod habeo ibi: ita dono, et concedo, ut habeatis, et teneatis jure hereditario in perpetuum. Si quis autem de mea gente, vel de aliena, hoc meum donum fregerit, sit maledictus, et cum Juda proditore in inferno damnatus. Facta carta super ripam Iberi inter Lodosam et Calahorram, septimo idus octobris, era millessima centesima septuagesima quinta, Adefonso imperatore regnante in Toleto, et Legione, in Saragoza, et Naxera, in Castella, et Gallitia. Ego Adefonsus imperator hanc cartam jussi fieri, et factam propria manu roboravi tertio anno quo coronam imperii in Legione

accepi. Semenus episcopus burgensis confirmat. Santius nagarensis episcopus confirmat. Petrus segoviensis episcopus confirmat. Berengarius salamantinus episcopus confirmat. Comes Roi Martinez confirmat. Comes Roi Gomez confirmat. Comes D. Lope Diez confirmat. Dieg Muniz, merinus, confirmat. Michael Feliz, merinus, confirmat. Guter Ferranz, majordomus, confirmat. Roi Ferranz, suus germanus, confirmat. Dieg Frolez, alferiz, confirmat. Eustachius scripsit hanc cartam jussu magistri Hugonis, tunc temporis cancellarii imperatoris.

NOTA.

El conde don Lope Diaz de Haro, señor de Vizcaya, seguia la corte de Castilla.

NUM. 110.

Donacion de la villa de Cirińuela en favor del monasterio de Náxera por el emperador don Alonso VII de Castilla en 14 de octubre de 1137.

Archivo de Náxera.

In Dei nomine. Ego Aldefonsus Dei gratia Hispaniarum imperator una cum conjuge mea domna Berengaria bono animo, et spontanea voluntate pro remedio animæ meæ, et parentum meorum facio cartam donationis, et confirmationis Deo, et sanctæ Mariæ de Naxera, et vobis priori domno Stephano, et omnibus fratribus ibidem Deo deservientibus, et omnibus vestris successoribus de quadam villa, quæ dicitur Cirinuela. Hanc villam dono, et concedo Deo, et ecclesiæ sanctæ Mariæ de Naxera, et vobis priori domno Stephano, et omnibus fratribus ibidem Deo, et beatæ Mariæ deservientibus, et omnibus vestris successoribus cum omnibus collaciis suis, et omnibus terris cultis, et incultis, vineis, arboribus, molendinis, aquis, fontibus, montibus, paludibus,

cum intratibus, et exitibus, et cum omni sua pertinentia, praeter tres sernas parvas, quae sunt ibi de los infanzones. Ita dono et concedo, ut habeatis, et teneatis jure hereditario in perpetuum. Si quis autem de mea gente vel de aliena hoc meum donum fregerit, sit maledictus, et cum Juda traditore in inferno damnatus. Facta carta ib Burgis secundo idus octobris era millesima centesima septuagesima quinta, Aldefonso imperatore regnante in Toleto, et Legione, in Saragoza, et Naxera, in Castella, et Gallitia. Ego Aldefonsus imperator hanc cartam jussi fieri, et factam propria manu roboravi tertio anno quo coronam imperii in Legione accepi. Signum imperatoris ✠. Semenus burgensis episcopus confirmat. Sancius nagarensis episcopus confirmat. Petrus segoviensis episcopus. Berengarius salamantinus episcopus. Guter Ferranz maiordomus. Roi Ferranz suus germanus. Didacus Frolez alferiz. Comes Roi Martinez. Comes Roi Gomez. Comes D. Lope Diez. Didacus Muniz merinus. Michael Feliz merinus. Eustachius scripsit hanc cartam jussu magistri Hugonis tunc temporis cancellarii imperatoris.

NOTA.

Esta escritura sirve para lo mismo que la anterior.

NUM. III.

Donacion de la villa de Madriz, sita en la Rioja, en favor de san Millan por el emperador don Alfonso VII de Castilla, y de las tercias episcopales de diezmos y primicias por el obispo de Calahorra don Sancho, que la habia consagrado, á 4 de noviembre del año de 1137.

Archivo de san Millan.

In nomine domini Jesu-Christi. Ego Adefonsus Dei gratia Hispaniarum imperator una cum conjuge mea domna Be-

rengaria bono animo, et spontanea voluntate pro remedio animæ meæ, et parentum meorum facio Deo, et ecclesiæ sancti Emiliani, et vobis domino Petro ejusdem ecclesiæ abbati, et omnibus vestris in eo loco successoribus, et cæteris fratribus in eadem ecclesia Deo servientibus cartam donationis et confirmationis de una villa quæ dicitur Madriz. Hanc villam dono ego totam in dotem in sacratione ecclesiæ sancti Emiliani cum tota hereditate ad supradictam villam pertinente, scilicet cum casis, et collacis; cum terris populatis, et non populatis; cum vineis cultis, et incultis; cum arboribus fructuosis, et infructuosis; cum aquis, et rivis, et fontibus; cum pratis, et montibus, et vallibus; cum vacaricis, et defessis, et molendinis; cum exitibus, et introitibus; præterea cum omnibus pertinentiis suis. Ita dono præfatam villam quatenus ecclesia sancti Emiliani et ejusdem ecclesiæ abbates, et cæteri fratres ibidem domino deservientes eam liberam et quietam jure hereditario habeant, et in perpetuum ipsi possideant. Si quis autem de mea gente vel de aliena hoc meum donum infregerit, sit cum Juda Christi traditore damnatus, et cum Dath an et Abiron, quos terra vivos absorbuit, immisericorditèr in inferno condemnatus: insuper imperatori terræ mille moravetinos pectet, et ecclesiæ sancti E miliani hereditatem duplet. Facta carta in sancto Emiliano die sacratio nis quarto nonas novembris, era millessima centesima septuagesima quinta, Aldefonso imperatore regnante in Toleto, et Legione, in Saragoza, et Naxera, in Castella, et Gallicia. Ego Aldefonsus imperator hanc cartam jussi fieri, et factam propria manu roboravi tertio anno postquam primum in Legione coronam imperii suscepi. Ego Sancius calagurrensis, atque naxarensis episcopus, qui sacrationi ecclesiæ sancti Emiliani cum nobilissimo Hispaniarum imperatore Aldefonso interfui, atque consecravi, donationem regis laudavi, et pontificali auctoritate cum communi assensu archidiaconorum meorum, videlicet, Petri calagurrensis, Garsiæ naxarensis, et magistri Petri alavensis, Raimundi berbericensis, atque clericorum meorum Blasii calagurrensis, et Petri de Granione, et Petri Nobot albaidensis, et Sancii granionensis, Bro-

cardi albaidensis, Roderici naxarensis, Petri Martinez cappellani de Arcos, Petri Diaz, et Petri Velazquez, partes ecclesiarum præfatæ villæ Matrice, scilicet, tertias partes decimarum, primiciarumque, atque omnia episcopalia jura eidem villæ pertinentia, rogatu ipsius Aldefonsi imperatoris, et domini Berengarii salamantini episcopi, et comitum, et omnium Baronum in sacratione præsentium toto animo, et sincera voluntate perpetuo in dote roboravi. Si quis ergo huic pontificali donationi resistere præsumserit, a domino Deo sit maledictus, et cum Juda Domini proditore in inferno perpetuò damnatus, et monasterium duplum componet, et regali fisco duo talenta auri reddat. Sancius calagurrensis episcopus confirmat. Berengarius salamantinus episcopus confirmat. Eximinus burgensis episcopus confirmat. Comes Rodericus Martinez confirmat. Comes Rodericus Gomez confirmat. Gutier Fernandez majordomus confirmat. Rodericus Fernandez frater ejus confirmat. Didacus Froliz confirmat. Fortunius de Faro frater comitis confirmat. Lope Diez confirmat. Michael Felices merinus testis. Didaco Munnioz merinus testis. Eustachius carrionensis scripsit hanc cartam jussu magistri Hugonis tunc temporis cancellarii imperatoris.

NOTA.

Esta escritura (que se halla inserta en una confirmacion del rey don Fernando IV en Palenzuela del Conde á veinte y tres de setiembre de mil doscientos noventa y nueve) confirma lo mismo que las anteriores, y que tambien seguia la corte de Castilla don Fortuño Diaz de Haro, hermano del conde don Lope.

NUM. 112.

Donacion de los monasterios de Mañarrieta, Urrecha, Oro, Estivaliz y otras cosas al de santa María de Náxera por doña María Lopez año de 1138.

Landazuri suplemento á los quatro tomos de la historia de Alava, núm. 18, pág. 240.

Sub nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, amen. Ego Maria Lopiz, cogitans, et pertractans verbum quod dicit apostolus: „Nolite diligere mundum neque ea quæ in mundo sunt, quia mundus transit, et concupiscentia ejus:" Et iterum quod dominus in evangelio dicit: „Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, ubi neque erugo, neque tinea demolitur; et ubi fures non efodiunt, neque furantur:" nullius cogentis imperio, nec suadentis ingenio, sed solo amore Dei, et desiderio vitæ æternæ, et timore gehennæ, statui, et decrevi pro remedio animæ meæ, et remissione peccatorum meorum, et pro requie animarum patris et matris meæ, Lupi Gonzalvez et Totæ Lupiz, et pro animabus omnium parentum meorum ex his quæ parentes mei reliquerunt mihi, et jure hereditario successerunt mihi, facere donationem Deo, et sanctæ Mariæ naxarensis ecclesiæ, ubi mater mea tumulata requiescit, et ipsis monachis de Cluniaco, qui ibi modo sunt, et postea futuri sunt. Dono igitur Deo, et sanctæ Mariæ, et supra nominatis senioribus, domno scilicet Stephano priori de Najara, et aliis omnibus, in primis monasterium de Magnarieta, quod est in Zufia cum omnibus suis pertinentiis, populato et eremo; et sanctam Mariam de Urrecha cum omnibus pertinentiis suis, quæ ad me pertinent; et sanctam Mariam de Oro cum Magnarieta, et illud manzanare de Murguia cum casis de Alvaro de Zuniate, et Arenam; quantum ego ibi habeo, scilicet, collazos, terras, vineas, intratus, et exitus, et solares, quæ ad

me pertinent; sanctam Mariam de Estivaliz cum tota sua pertinentia; et donavi ad servitium sanctæ Mariæ de Estivaliz unum solarem in Gaonna cum suo directatico, et alterum in Argandonia cum toto suo directatico, et altero in Matauco cum tota sua hereditate, et altero in Betriquez cum toto suo directatico, et in Oretia unas casas cum suo introitu, et exitu, et illas casas de Galia de Assono cum toto suo directatico. Et similitèr dono Deo, et sanctæ Mariæ de Najara, et sancto Petro de Cluniaco illam villam francorum de Estivaliz, quantum ego ibi habeo intus in villa, et foris villa, intratum, et exitum tali foro cum quali eos pater meus populavit, et dimissit mihi jure hereditariò. Et de isto donativo, quod feci Deo, et sanctæ Mariæ, et sancto Petro de Cluniaco donavi fidiatores secundum consuetudinem terræ, senior Lope Enneguez de Arzamendi: et Gonzalvo Veilez de Franco; et suo germano Fortun Veilez; et suo germano Gonzalvo Veilez de Riotorto; Alvar Diez de Sarochio; Lope Diez de Zuazu; Alvar Gonzalvez de Sancto Martino; Sancio Garces de Urano; Fortun Alvarez de Aci; Garcia Semenez de Villanova; Petro Martini de Trasponte; Garcia Martinez de Arzunia; Petro Martinez suo germano. Gonzalvo Gonzalvez de Garachio; Lope Gonzalvez de Mendoza; Munio de Foronda; Lope Sarracinez de Zurbano; Gonzalvo de Mendoza; Gonzalvo Garces de Gamiz; Fortun Semenez de Zurbano; Sancio Garcez de Annio; Lope Veilez de Betriquez; Gonzalvo Veilaz de Betriquez; Garcia Munioz de Oro; Garcia Sanz de Illarraza. Facta carta in era millessima centesima septuagesima sexta, regnante imperatore Adefonso in Toleto, et Legione, et Alava, et Cæsaraugusta, et sub eo dominante Najara comite Lope, et Michael Felicis. Comite Lope in Alava. Comite Latron in Viguera. Episcopus Sancius in Najara, et episcopus Sancius in Pampilona. Ego quidem Maria Lopez istam cartam fieri præcepi, et coram parentibus meis legere feci, et lectam laudavi, et roboravi. Si quis autem de mea gente vel de extranea quæcumque persona clericalis, seu laicalis, hoc meum testamentum, sive donativum infringere tentaverit, sit maledictus

et anathematizatus, sicut Dathan, et Abiron, quos vivos terra absorbuit, et cum Juda traditore habeat portionem in inferno: insuper et ad partem sanctæ Mariæ pariat mille millia talenta auri, et hoc meum donum firmum maneat in sæcula sæculorum, amen: Maria Lopiz ✠.

NOTAS.

1 La donadora doña María Lopez era nieta del conde don Lope Iñiguez, señor de Vizcaya, tercero del nombre por doña Toda Lopez, su madre, muger de don Lope Gonzalez su padre.

2 Dona señoríos y patronatos de iglesias alavesas, lo qual confirma mi disertacion sobre los patronatos de Alava.

3 El conde don Lope Diaz, señor de Vizcaya, era primo hermano de la señora otorgante, como hijo de don Diego Lopez, *el primero*, y seguia la corte del emperador, á quien servia en los gobiernos de Alava y Náxera, segun esta escritura.

NUM. 113.

Donacion del monasterio de Carracedo por la infanta doña Sancha de Castilla en 6 de noviembre de 1138.

Yepes: crónica benedictina, tomo 5, esc. 30.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, cujus natura bonitas, cujus opus misericordia, cujus voluntas potentia, cui servire, obedire, venerari, adorare, a quo

inflamari et regi cupimus, anhelamus, et pio affectu desideramus. Hoc testamentum, quod statuimus, indisolubili perseverantia teneatur, quandoquidem peccaminum gravamina, quæ invido suggerente hoste quotidie in nobis augemus, per misericordiam Dei deponere valemus, misericordiæ operibus sine intermissione vacare debemus, et quia jejunium, oratio, et eleemosina peccatum depellunt, nos, qui jejunare nequimus et orare sicut oportet nescimus, servorum Dei jejunium et orationem per misericordiam et eleemosinam nostram facere debemus, seminantes eis nostra carnalia, et metentes eorum spiritualia, ut in perpetuum utrique gloriemur. Igitur ego domina infans Sanctia, nobilis comitis domini Raïmundi ac nobilissimæ reginæ dominæ Urracæ filia, atque Hispaniarum imperatoris domini Adefonsi germana, consilio venerabilium pontificum, abbatum, comitum, potestatum Hispaniæ, ad honorem Dei, et beate Mariæ semper virginis, et omnium sanctorum, damus pro animabus nostris, et animabus regum, et reginarum, et omnium parentum nostrorum, qui fuerunt ante nos, et post nos futuri sunt, et jure perpetuo concedimus monasterium sancti Salvatoris de Carracedo cum omnibus sibi pertinentibus domino Florentino abbati, et monachis sibi subjectis, atque successoribus eorum, ut ibi nostro adjutorio, et aliorum fidelium, monasterium secundum regulam sancti Benedicti, ubi possint ordinem tenere in honore Dei, et beatæ Mariæ, et omnium sanctorum suorum ædificetur. Et quia locus eorum, videlicet sanctæ Mariæ, per nimium strictus et angustus est, nec potest ferre maximam monachorum multitudinem, placuit domino Florentino abbati, et aliis fratribus hoc nobis requirentibus, ut mutetur abbatia in Carracedo tali conditione, ut sit caput omnium monasteriorum, quæ habuerint. Hoc autem monasterium, regia potestate liberum et absolutum ab omni jugo servitutis, Deo et monachis qui in eo permanserint offerimus, ut perenniter eum habeant cum suis villis, decaniis, cautis, famulis, junioribus, et omnibus pertinentibus ad eum, quæ habuit a die qua ædificatum est a domino Beremundo rege (qui in eo sepultus est) usque in diem hanc. Insuper fornitium abstrahimus

ab eo, et omni merino prohibemus, ne intret in eum ad cantum ejus vel aliquam villam illius absque permissu abbatis, sive aliorum fratrum. Si quis autem vir vel fœmina hoc nostrum privilegium infringere vel anullare aliquando tentaverit, sit anathema a Christo, et cum Datane, et Abiron, quos terra vivos absorbuit, et Juda traditore qui suspensus crepuit, damnatus, nisi pœnitentia congrua satisfecerit: insuper et mille marcas argenti pectet, et hæc carta firma et integra omnibus perseveret diebus. Facta carta donationis octavo idus novembris era millessima centesima septuagesima sexta. Regnante glorioso imperatore Hispaniarum domino Adefonso in Legione, Toleto, Naiara, et Cæsaraugusta, *et diversis provinciis ab Ibero fluvio usque ad Iriam.* Domina Berengaria imperatrix. Reimundus archiepiscopus Toletanus confirmat. Petrus segoviensis episcopus confirmat. Ximenus burgensis episcopus confirmat. Didacus archiepiscopus compostellanus confirmat. Petrus legionensis episcopus confirmat. Petrus episcopus palentinus confirmat. Gida episcopus lucensis confirmat. Berengarius episcopus Salamantinus confirmat. Osorius comes confirmat. Rodericus comes confirmat. Didacus Froilaz confirmat. Didacus Moniz majordomus confirmat. Martinus Nempzani confirmat. Sanctius Anaiz confirmat. Muño Petri confirmat. Zit testis. Bellit testis. Petrus testis. Ego Adefonsus imperator Hispaniæ hoc scriptum, quod fieri jussi, propria manu roboravi. Petrus Hortoñez, sancti Isidori canonicus, scriptor.

NOTA.

En esta escritura despues de haber especificado que don Alfonso VII reynaba en Leon, Toledo, Náxera y Zaragoza, se añade que tambien era rey de las otras provincias sitas desde el rio Ebro hasta Iria, hoy Padron de Galicia, lo que parece indicar la potestad soberana en las provincias de Rioja, Bureba, Alava, Guipúzcoa, Vizcaya y Astúrias de Santillana.

NUM. 114.

Confederacion entre don Alfonso VII de Castilla y don Ramon Berenguer, conde de Barcelona, príncipe de Aragon, contra don García VII de Navarra en 21 de febrero de 1140.

Archivo de la catedral de Jaca, y fray Ramon de Huesca en en el teatro histórico de las iglesias de Aragon, tomo VIII, apéndice II.

Hec est conveniencia et concordia quam fecerunt inter se illustris Adefonsus imperator Hispanie et Raimundus Berengarii, comes barchinonensis, ac princeps Aragoniæ. Concordati sunt in primis super illam terram quam tenet Garsia rex pampilonensium, tali scilicet modo, ut Adefonsus imperator supradictus habeat ex ea Maranion, et totam aliam terram quam Adefonsus rex avus illius, illo die quo mortuus est, ultra Iberum ex parte Pampiloniæ tenebat. Consul vero barchinonensis habeat de cetera terra quam tenet rex Garsias, totam illam terram quæ regno aragonensi pertinet, sicut eam dominus Sancius rex et Petrus rex sine hominio quod pro illa fecissent, in temporibus suis possederunt. De alia quoque terra Pampilonie pro qua rex Sancius et rex Petrus Adefonso regi legionensi hominium fecerunt, habeat imperator Adefonsus terciam partem ex ea; et Raimundus comes barchinonensis duas; et pro illis duabus partibus quas habebit, faciat imperatori Adefonso tale hominium quale rex Sancius et rex Petrus Adefonso regi avo imperatoris Adefonsi fecerunt. In ipsa vero tercia parte imperatoris sit castrum Stelle; et in duabus partibus comitis sit Irunia civitas. Preterea venerabilis Adefonsus imperator, et illustris Raimundus barchinonensis comes in hoc sunt concordati ut de illis terris Pampiloniæ quas partiti sunt sicut supradictum est, quidquid ambo vel unus sine alio

aut per suos homines quocumque modo recuperare aut adquirere potuerint, habeat imperator terciam partem; et comes jam dictus duas, quousque totum adquirant: cum autem totum adquisitum sit, dividant inter se modo prescripto et firmiter habeant. Facta conveniencia et concordia apud Carrionem nono calendas marcii anno dominice incarnationis centessimo trigesimo nono supra mille: era millessima centesima septuagesima octava; presente domino Berengario salamantino episcopo; et Bernardo seguntino episcopo; et Petro burgensi electo; atque in presencia comitis Roderici Gomez, et comitis Ferrandi, et comitis Osorii Martinez, et Guterii Ferrandez, et Poncii de Cabrera, et Diag Monnioz, maiorisdomus imperatoris, et Roderici Ferrandez, et Lop Lopez, et Raimundi Fulconis vicecomitis Cardone; atque Guillelmi Raimundi, dapiferi; et Gaucerandi de Pinoso; ac Bernardi Guillelmi; et Petri Attaresa; atque Frontini, et Johannis Diaz; ac Lupi Sancii de Belcid; et Artali de Alagone; aliorumque novilium in curia domini imperatoris existentium. Tandem conveniunt inter se imperator et comes quod de supradictis honoribus unusquisque eorum valeat alteri per fidem sine enganno; et nullus eorum treguam aut placitum cum prescripto Garsia faciat sine alterius consilio. Signum ✠ imperatoris. Signum ✠ Raimundi comes.

NOTAS.

1 Por esta escritura consta que don Alfonso VI en el año de mil setenta y seis habia tomado la Navarra llana, y dexádola en feudo á don Sancho Ramirez de Aragon, quedándose con todas las tierras occidentales á la Navarra por la cordillera de montes de Marañon, es decir, con Rioja, Alava, Guipúzcoa, Vizcaya, Bureba, Encartaciones, valles y montañas confinantes.

2 Don García Ramirez el VII de Navarra poseia desde mil ciento treinta y cinco la Guipúzcoa,

la Vizcaya oriental ó Duranguesado, y la Alava; todo lo qual era occidental á la Navarra. Don Alfonso VII creia tener derecho á todo lo poseido por don Alfonso VI su abuelo. Don Ramon Berenguer á todo lo que habia tenido don Sancho Ramirez de Aragon. Por eso formaron esta liga para destronar á don García.

3 No surtió efecto; pero la escritura sirve mucho para demostrar que no habia república en Alava, Guipúzcoa ni Vizcaya, pues solo intervienen en la liga los reyes; y entrando en el plan el territorio de las tres provincias no forman confederacion contra ellas, ni las mencionan, sino solo contra el rey de Navarra; prueba de que este era el soberano que las poseia, y si hubiese repúblicas, era forzoso nombrarlas; por lo que su falta de citacion no es argumento negativo sino positivo de que no exîstian.

NUM. 115.

Donacion de la serna de Horca, sita en la villa de Grañon, por el emperador don Alfonso VII de Castilla, en Nâxera á 24 de abril del año de 1140 en favor del monasterio de Valvanera.

Archivo de Valvanera.

In nomine Domini. Sit omnibus presentibus, et futuris hominibus manifestum, quia ego Adefonsus Hispaniè imperator una cum uxore mea Berengaria, grato animo, voluntate espontanea, nemine cogente, pro Dei amore, pro mea, parentumque meorum salute, et pecatorum nostrorum remisione, dono ecclesiæ beatæ Mariæ Vallisvenariæ, domno que Velasco eius-

dem ecclesiæ abbati, ceterisque monachis qui ibi sunt, eorumque sucesoribus, illam meam sernam, quam habeo in Granone iuxta rivum qui per ipsam villam discurrit iuxta illam terram que fuit de Azenari Rubeo. Illam inquam sernam quam dicunt „sernam de Furca" cum omnibus suis pertinentiis, ingresibus, et regressibus suis dono prædictæ ecclesiæ, et abbati eiusque sucesoribus, tali videlicet modo, ut eam in perpetuum libere et quiete iure hereditario possideant: et sit eis potestas eamdem sernam pro utilitate ecclesiæ vendere, et cambiare cuicumque voluerint. Huius mee donationis confirmationem si quis de meo, aut alieno genere disruperit, vel diminuerit, anathemate feriatur, et in profundo inferno cum Juda proditore (nisi resipuerit) sine fine tormentetur. Insuper pectet pro incolumitate ecclesiæ regiæ potestati mille moravetinos, et eidem ecclesiæ duplatam hereditatem restituat. Facta carta Najare octavo kalendas maias era millessima centesima septuagesima octava. Imperatore Alfonso imperante in Toleto, Legione, Cesaraugusta, Najara, Castella, Gallecia. Ego imperator Adefonsus hanc cartam, quam iussi fieri anno quinto quo coronam imperii primun in Legione suscepi, confirmo, et manu mea roboro. Signum ✠ imperatoris. Sancius najarensis episcopus. Petrus burgensis electus. Comes Rodericus Gomez. Comes Lupus Diez confirmat. Gutier Fernandez. Didacus Munnoz maiordomus imperatoris. Micael Felicis maiorinus in Najara. Didacus Frolez alferez confirmat. Ego Petrus Gonsalvez dominus et princeps castelli Gragnonis hanc donacionem imperatoris concedo, et confirmo.

NOTA.

Confirma las pruebas de que el conde don Lope Diaz, señor de Vizcaya, seguia la corte de Castilla.

NUM. 116.

Donacion de la villa desierta de Nienzabas al abad Durando en 25 de octubre de 1140.

Archivo del monasterio de Fitero de Navarra.

Ego Alfonsus Hispaniæ imperator, una cum uxore mea Berengaria, in æternum cum Christo regnare desiderans, grato animo, et spontanea voluntate, pro mea maximè, parentumque meorum salute, pro pecatorum nostrorum remissione, dono jure hereditario Deo, et ecclesiæ beatæ Mariæ semper virginis, in monte, quem dicunt Yerga, fundate, domno Durando, ejusque sociis in ipso loco et ecclesia Deo regularitèr et beatæ Mariæ servientibus eorumque successoribus illam villulam desertam, et locum, quem dicunt Nienzabas, cum omnibus ejusdem loci terminis, introitibus, et exitibus, montibus, et vallibus, terris, aquis, pascuis, hortis, et solaribus, et cum omnibus aliis suis pertinentiis, quocumque loco sint, supra memoratum locum, scilicet Nienzabas. Si quis autem de mea, vel aliena progenie, huic meæ donationis paginæ contrarius venerit, vel infregerit, anathemate percussus, in inferno cum Juda proditore damnetur, nisi resipuerit; insuper pro temerario ausu pectet ecclesiæ, et regiæ potestati, mille maravitinos. Et quod invasserit duplum reddat. Facta carta in ripa Iberi inter Calagurriam, et Alfarum tempore quo imperator cum rege Garcia pacem firmavit, et filium suum cum ejus filia desponsavit: octavo kalendas novembris era millessima centesima septuagesima octava.

NOTAS.

1 El tratado de paces, que se cita en esta escritura, inutilizó la confederacion hecha entre don Alfonso VII de Castilla, y don Ramon Berenguer,

príncipe de Aragon, para destronar á don García VII de Navarra en veinte y uno de febrero de este mismo año, y por consiguiente prosiguió el monarca navarro poseyendo la parte que tenia de Alava, Guipúzcoa y Vizcaya.

2 Estas paces dice la escritura que se hicieron en la ribera del Ebro entre Calahorra y Alfaro; por lo que discurro haber sido en la villa de Rincon del Soto, mi patria, que se halla sita en la orilla de dicho rio á mitad de distancias entre Calahorra y Alfaro; pues ya exìstia el pueblo, segun la escritura de donacion que la ciudad de Calahorra hizo de una serna, sita en la Recueja de Rincon del Soto en favor de don García Zapata, señor honorario de Calahorra, Arnedo, Quel, Autol y otros pueblos.

NUM. 117.

Sentencia del emperador don Alfonso VII en 5 de noviembre de 1140, declarando que la iglesia de santo Domingo de la Calzada era del obispado de Calahorra, y no del de Búrgos.

Archivo de la catedral de Calahorra.

In nomine domini nostri Jesu-Christi. Regnante Adefonso imperatore in Hispania tempore quo a Portugalensi patria rediit, Lupo comite tempore eodem sibi in Faro adversante, contentio inter burgensem præsulem Petrum, et Santium nazarensem episcopum, de domo beati Dominici de Calzata facta est: nam indiscussum erat juditium, potestati cujus eadem domus subjacere deberet. Quamobrem cum querimonia in imperatoris præsentiam in burgo beati Dominici ab utroque episco-

po delata fuisset, ne præjuditium sequeretur contentio, fidos duos possuit exquisitores, ut rerum transactarum certitudine perquisita, firmum postea fieret juditium. Statuit enim imperator Garsiam Munii de Leiva, et Lupum Enneci de Castannares, inquisitores, et concessit. Ab his duobus viris veritas investigata est confirmatione senum, et sapientum, qui in eadem provintia beati Dominici erant, et ex longe tempore earundem rerum habitudines cognoscebant. Factum est autem juditium ipso imperatore adstante, et burgensi episcopo non adversante, et remansit domus supradicta sub potestate præsulis nazarensis publico communis curiæ imperatoris juditio, et utrorumque episcoporum assensu, eo quod Petrus, nazarensis præsul tempore senis regis Aldefonsi Hispaniæ, eam consecraverat, et quia infra terminos subterioris Pini eadem domus constituta est, quæ villa sub potestate ejusdem præsulis statuta est. Et hoc juditium datum fuit ante comitem Gomicium, et ante comitem Rodericum Gundisalvi de Asturias, et ante comitem Rodericum Pilosum, et ante domnum Guterium, et ante Michaelem Felicis imperatoris majorinum. Facta carta in villa beati Dominici tertio nonas novembris, era millessima centesima septuagesima octava, prædicto imperatore Aldefonso imperante in Toleto, Legione, Sarragocia, Najara, Castella, Galletia.

NOTA.

Sobre lo mismo hay en la catedral de la Calzada otro instrumento del tenor siguiente:

Sciendum est quod Alfonsus rex, avus imperatoris in tempore Garsiæ burgensis episcopi dedit sancto Dominico, et liberè concessit illum locum, in quo sanctus Dominicus fecit ecclesiam sanctæ Mariæ, et populata est tota villa. Ipse vero sanctus Dominicus rogavit dominum Petrum calagurritanum episcopum, ut consecraret illam ecclesiam sanctæ Mariæ, et ut esset dominus et dispositor in omnibus negotiis ejusdem ecclesiæ, et totius villæ. Dominus autem Petrus, calagurritanus

episcopus, consecravit ecclesiam sanctæ Mariæ, et ad honorem Dei et ejusdem ecclesiæ confirmavit confratriam illius loci, dando pro eleemosina reditum illius villæ, quæ appellatur Pino de juso. Talitèr dominus Petrus, calagurritanus episcopus, habuit dominium in ecclesia sancti Dominici, et tenuit illam liberam sine querimonia, et contradictione in vita sua, cum hoc totum factum esset in diebus Garsiæ burgensis episcopi Post obitum vero domini Petri, calagurritani episcopi, dominus Santius de Grañon, successor ejus, rexit eam in pace sine querimonia, dum vixit. Sed cum Santius de Funes, calagurritanus pontifex, illam sine contraria manu teneret, Semeno, burgensis episcopus, in Pino de juso in præsentia Aldefonsi imperatoris querimoniam fecit, dicens, quod ecclesia sancti Dominici in territorio sui episcopatus erat sita, et deberet sibi esse subjecta. Cui cum ex contrario Santius, calagurritanus pontifex, respondisset: „Non est ita; immò est in territorio nostræ ecclesiæ ædificata, et rectè nobis est subjecta" et sic jurgando invicèm non convenirent, accepit uterque ab imperatore juditium; qui utique tale dedit juditium: „Date, inquit, ambo fideles inquisitores, qui coadunent utriusque episcopatus idoneos testes, confines illius ecclesiæ, et conjurati in nomine sanctissimæ Trinitatis, et sanctæ Mariæ Virginis, et omnium sanctorum, confirmando veritatem, dicant, cui episcopatui debeat ecclesia sancti Dominici subjici, et in cujus episcopatus territorio sit ædificata; et cui concesserint, habeat, et possideat illam in perpetuum sine controversia." Tunc ambo episcopi, accepto juditio imperatoris, dederunt inquisitores, qui hujus rei veritatem inquirerent, Semeno burgensis episcopus dedit inquisitorem ex parte sua Petrum archidiaconum bervicensem, et Santius calagurritanus episcopus dedit ex sua parte inquisitorem Petrum de Grañone, archidiaconum calagurritanum: et hi duo, ut judicatum fuit, congregaverunt idoneos testes utriusque episcopatus, et conjuraverunt eos, ut dicerent testimonium veritatis de ecclesia sancti Dominici, cui episcopatui deberet subjici, et in cujus episcopatus territorio erat sita. Qui, cum conjurati essent, omnes una voce dixerunt, quod eccle-

sia sancti Dominici calagurritano episcopatui deberet subjici, et quod in territorio calagurritane ecclesiæ erat sita. Insuper confirmaverunt, quod in termino sancti Emeterii, qui locus dudum castrum extitit, et Somsoti, et Pino de juso fuerat ædificata. Et suscepto juditio, Santius, calagurritanus episcopus, retinuit eam in pace juditiali sententia: burgensis ecclesiæ querimonia fuit sopita, et ex toto sedata. Hujus rei sunt testes Santius Joannes, alcalde de Ojacastro, qui fuit in inquisitione definitalis juditii ecclesiæ sancti Dominici; et Garsia Gomez, alcalde de Santurdi; et Santius, alcalde de Fajola; et Obeco Dominguez, alcalde de Cerezo, qui fuit in tempore Garsiæ episcopi; et Alvaro, clericus de Cerezo; et don Blasco de Zorraquin; et Gonzalvo Lopez de Pino de juso; et Fortun Corto de Pino de juso; et Diego Fortuniones de Ferbias; et Orti Ortiz de Villaporquera; et Alvar Sanchez de Somsoto; et Santius, alcalde de Grañon; et D. Joannes el Cobo de Villafarta. Era millessima centesima septuagesima quinta.

NOTAS.

1 La escritura presente nos hace saber que el conde don Lope Diaz estaba en cinco de noviembre de mil ciento y quarenta desavenido con el emperador, y le hacia la guerra desde su villa de Haro, cercana de la ciudad de santo Domingo. La discordia era reciente, pues hemos visto que en veinte y quatro de abril seguia la corte. No prueba independencia el suceso, pues el fuero de Castilla permitia á los vasallos desnaturalizarse, y hacer guerra al soberano en ciertos casos.

2 La narracion del instrumento del archivo de La-Calzada cuenta el suceso como del año de mil ciento treinta y ocho en tiempo del obispo de Búrgo don Ximeno: sin duda el escritor puso la noticia despues de pasados años, y equivocó los tiempos.

NUM. 118.

Donacion del diezmo de todas las heredades pertenecientes al rey en la ciudad de Calahorra y su jurisdiccion en favor de la iglesia catedral y de su clero, hecha por el emperador don Alfonso VII en Soria, dia 30 de noviembre del año de 1140.

Archivo de la catedral de Calahorra.

Cum omnes, etsi non equalia videamur suscepisse a Deo beneficia, Nos, qui plus cæteris suscepisse cernimur, largius ecclesiis et variis Dei cultoribus pro Dei amore et pecatorum nostrorum remisione de susceptis beneficiis largiri debemus juxta illud apostoli „facite bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei." Ea propter ego Aldefonsus Hispaniæ imperator una cum uxore mea Berengaria, filioque nostro Sanctio pro mea, parentumque meorum salute, pro pecatorum nostrorum remisione, dono Deo et ecclesiæ beate Marie Calagurri fundate, sanctisque martiribus Emeterio et Celedonio eadem ecclesia quiescentibus, omnibus etiam clericis Deo et sancte Mariæ in perpetuum ibidem servientibus decimam omnium regalium prediorum quos in Calagurra et ejus terminis habeo vel habere debeo, agrorum videlicet et vinearum, calumniarum, homicidiorum, piscariarum, mercatorum, furnorum, balneorum et omnium aliarum rerum, que mihi in predicta civitate et eius terminis ubicumque sint, pertinent supra memoratorum omnium regalium redituum decimam eo tenore dono Deo et ecclesiæ prenominatæ clericisque Deo ibi in perpetuum servientibus quatenus eam omni tempore libere et quiete jure hereditario posideant. Huic autem meæ donationis pagine, si quis post modum de meo vel alieno genere contrarius venerit et eam disrumperit, a Deo et sanctis ejus maledictus in inferno cum Juda proditore et Datham et Abiron, sine fine

damnetur nisi resipuerit. Insuper pro temerario aussu pectet regie potestati et calagurritane ecclesiæ prædictæ bis mille moravetinos, et redat in duplum quod invaserit. Facta charta Soriæ secundo calendas decembris, era millessima centesima septuagesima octava predicto imperatore imperante in Toleto, Legione, Cesaraugusta, Naiara, Castella, et Galicia. Ego Aldefonsus hanc chartam quam jusi fieri anno quinto mei imperii, confirmo et manu mea roboro. Fernandus segontinus episcopus confirmo. Petrus secoviensis episcopus confirmo. Michael tirasonensis episcopus confirmo. Joannes oxomensis electus confirmo. Sanctius calagurrensis episcopus confirmo. Rodericus Gomes comes confirmo. Osorius Martinez comes confirmo. Comes Latro confirmo. Guterius Fernandez ipso tempore tenens Calagurram confirmo. Martinus Fernandez ejusdem civitatis sub manu Guterii Fernandez archidiachonus confirmo. Didacus Muñoz maiordomus imperatoris confirmo. Pontius de Minerva alferez confirmo. Michael Feliz tenens Naiaram confirmo. Michael Muñoz de Fenoiosa confirmo. Fortunius Lopez de Faro confirmo. Giraldus scripsit jussu magistri Hugonis cancellarii imperatoris.

NOTA.

La escritura está inserta en una carta que don Alfonso Lopez de Haro, señor de Calahorra, escribió á don Aznar, obispo de Calahorra, en diez y siete de abril de mil doscientos y quarenta, cediendo los diezmos que habia gozado, y confesando ser debidos al cabildo catedral por virtud de la presente donacion. No firma el conde don Lope Diaz; lo que indica que aun proseguia la discordia.

NUM. 119.

Donacion de las tierras realengas de montes de Oca en favor de don Juan de Quintana Ortuño (hoy san Juan de Ortega) *en enero de 1142.*

Risco: Esp. sag., tomo 27, apend. 6.

In nomine domini nostri Jesu-Christi. Ego Aldefonsus imperator cum regina uxore mea Berengaria, et cum voluntate filiorum meorum, regis Sancii, et regis Ferrandi, et pro commemoratione animæ meæ, omniumque parentum meorum, dono vobis domno Joanni de Quintana Fortunio, et omni generationi vestræ, illud regalengum de monte Oca, quod est inter Hortegam de sursum, et Hortegam deorsum, ut habeatis, et possideatis vos, et parentes vestri, qui in servitio Dei semper permanere voluerint, usque in perpetuum. Istud regalengum est de via de Fenestra, cum omni monte de valle Sancti Andree, usque ad illam carreram de carros de Valdesalces, et ex alia parte strata beati Jacobi, et ex alia parte via de carros de Valdesalces usque ad montem sancti Juliani. Istam supradictam hereditatem dono, et concedo vobis, et omnibus parentibus vestris, jure hereditario, ut vos habeatis, et serviatis pauperibus Christi; et omnes successores, et parentes vestri, semper cum hereditate illa usque in perpetuum pauperibus Christi serviant. Et mando firmitèr, ut nullum portaticum detis in omni regno meo. Et omnes greges vestri, tam de vacis, quam de ovibus, vel de porcis, et de omnibus jumentis, ut in omni regno meo semper pastum habeant. Si aliquis de progenie mea, vel de aliena hoc meum factum (quod illicitum est) rumpere tentaverit, in primis iram Dei incidat, et sit anathema, et cum Juda proditore in inferno sit damnatus; et insuper centum libras auri regi jure gentium persolvat. Facta carta hujus donationis mense januarii sub era mil-

lessima centesima octogesima. Regnante imperatore Adefonso in Legione, et in Toleto, et in omni Castella, et in Naxera, et in Cæsaraugusta. Sub ejus gratia rege Garcia in Pampilona. Comes Lupus in Naxera. Michael Felicis, merino in Burgis, et in omni Castella. In eadem urbe iudices Petrus Salvatoris, Joannes Dominici. Nunius Petri, alferez imperatoris confirmat. Sancius rex confirmat. Ferrandus rex confirmat. Comes Pontius, majordomus imperatoris confirmat. Comes Velaz confirmat. Comes Lupus confirmat. Sancius Diaz confirmat. Lupus Lopez de Carrion confirmat. Gutier Ferrandez confirmat. Martinus Munioz de Escalona confirmat. Garsia Garsiez Daza confirmat. Petrus Ximenez de Cameros confirmat. Pontius de Minerva confirmat. Signum imperatoris Aldefonsi ✠. Pelagius Arias, notarius regis per manum domni Bernardi scripsit.

NOTA.

El conde don Lope Diaz de Haro, señor de Vizcaya, seguia la corte de Castilla, pues confirmó esta escritura, de que consta tambien que servia el empleo de gobernador y señor honorario de Náxera.

NUM. 120.

Enagenacion real de la villa de Yanguas por via de permuta en noviembre de 1144, y fueros de la misma villa dados en 1145, aumentados en febrero de 1188, y renovados despues del año 1192.

Archivo de la Catedral de Calahorra.

Enagenacion real en 1144.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Aldefonsus Hispanie impe-

felix, inclitus, triunfator, ac semper invictus, totius Hispaniæ divina clementia famosissimus imperator, una cum uxore mea domina imperatrice Rica, et cum filiis meis Sancio, et Fernando regibus, simul etiam cum filiabus meis, scilicet Constantia, inclita Francorum regina, et cum Sancia, nobili Navarræ regina, facio cartam, et scriptum firmitudinis tibi Petro vallibrensis sedis episcopo, et conventui ejusdem ecclesiæ ob remedium animæ meæ et parentum meorum: hoc igitur scriptum do, et confirmo tibi, tuisque successoribus cautos tuos, tam veteres, quam novos, inter quæ hæc dignum duximus exprimere propriis vocabulis, id est cautum Villæmajoris, ubi sedes est, et cautum sancti Martini, et cautum Britoniæ, et illa quæ habet ecclesia vestra a portu Juviæ usque ad sanctum Martinum, et cautum de Furones, et de Sancto Jacobo de Silva, et de Lea, et de Sancto Martino de Maariz, et cautum de Portucello, et de Graliar, et cautum de Moagorum, et de Baris, et Aldixe, et Landrove, et cautum Sancti Mametis in Montenigro cum hominibus, et foris, et hereditatibus, quæ ecclesia vestra habet in terra illa, et alios omnes cautos præfatæ ecclesiæ, et divisiones terrarum cum comitibus, videlicet, Goterri, et Roderico ab episcopo Munio factas, et cohabitationem in Villamajori, ubi sedes est, faciendam juxta mores, et consuetudines legionensis civitatis. Ita dico, ut quicumque ibi concivis voluerit esse, secundum consuetudines, et forum Legionis judicetur. Et sit ibi mercatum commune in omnibus calendis anni; et in festo sancte Mariæ medii Augusti per octo dies feria; et quicumque impedierit mercatum, vel feriam, sit mihi, et filio meo, et successioni nostræ reus, et persolvat episcopo, et ecclesiæ quingentos solidos, et reddat quod acceperit in duplum. Canonicis etiam ipsius ecclesiæ do quingentos solidos in cauto. Volo enim ubi sedes est, quod sit ibi sub mea defensione civitas instituta. Et quidquid religionis, vel beneficii in ecclesia sancti Martini, ubi sedes fuit, facere poteritis, confirmo. Confirmo etiam omnia scripta vestra, quæ habetis tam a me, quam a regibus, quam a principibus. Et hoc factum meum firmum, et inconcussum si quis infringere ten-

taverit, sit in primis excomunicatus, et cum Datan, et Abiron, quos terra vivos absorbuit, condemnatus; persolvat etiam tibi, vel vocem tuam pulsanti, sex mille solidos, hoc meo facto semper in robore suo existente. Est autem facta carta ista in Peñafiel, veniente domino imperatore celebrare concilium ad Palentiam, quinto idus kalendarum novembrium, era millessima centesima nonagesima quarta. Imperante eodem Adefonso, glorioso, pio, felici, ac semper invicto, Galletiæ, Legionis, Castellæ, Naxeræ, Cæsaraugustæ, Toleto, Almariæ, Baetiæ, Anduxar. Vasalli imperatoris comes barchilonensis, rex Navarre, et rex Murtiæ. Sunt et alii multi vasalli ejusdem, potentissimi, quorum nomina non scribuntur hic. Ego Adefonsus Hispaniæ imperator, una cum filiis et filiabus meis, hanc cartam, quam fieri jussi, propria manu mea roboro, atque confirmo. (*Primera columna de firmas.*) Rex Fernandus confirmat. Comes Pontius, majordomus confirmat. Comes Ramirus confirmat. Comes Rodericus confirmat. Comes Gundisalvus confirmat. Comes Petrus asturicensis confirmat. Vela Guterri, majordomus Fernandi regis confirmat. Alvarus Roderici confirmat. Pelagius Curvus confirmat. Pontius de Minerva confirmat. Menendus Bregantia, alferiz regis Fernandi confirmat. Joannes confirmat. (*Segunda columna.*) Martinus ecclesiæ beati Jacobi archiepiscopus confirmat. Joannes legionensis episcopus confirmat. Martinus auriensis episcopus confirmat. Joannes lucensis episcopus confirmat. Isidorus tudensis episcopus confirmat. Navarro salmanticensis episcopus confirmat. Stephanus zamorensis episcopus confirmat. (*Tercera columna.*) Ego magister Petrus domini imperatoris cancellarius, qui hanc cartam confirmo. Ego Rabinatus clericus, et diaconus hanc cartam propria manu mea scripsi, et confirmo. (*Quarta columna.*) Rex Sanctius confirmat. Comes Martinus tenens Baetiam confirmat. Comes Lupus confirmat. Comes Vela confirmat. Guter Fernandi confirmat. Guter Prego confirmat. Gundisalvus Roderici confirmat. Buiso de Saldaua confirmat. Gundisalvus de Marannon, alferiz Adefonsi imperatoris confirmat. Martinus Diaz de Valleunxore confirmat. Martinus Muniz confirmat.

Muniz Gomez Fernandiz, alferiz regis Sanctii confirmat. (*Firma del rey de Leon.*) Ne sit qui infringat, proprio robore firmat Fernandus rex legionensis. (*Signo.*) Signum ✠ imperatoris. (*Otras firmas.*) Joannes toletanus archiepiscopus, et primas, confirmat. Vincentius segoviensis episcopus confirmat. Joannes osmensis episcopus confirmat. Celebrunus segontinus episcopus confirmat. Raimundus palentinus episcopus confirmat. Ennecus abilensis episcopus confirmat.

NOTA.

Esta escritura manifiesta que el conde don Lope Diaz de Haro, señor de Vizcaya, quarto del nombre, no solo era vasallo del emperador y rey de Castilla don Alfonso VII por los señoríos honorarios sitos en Castilla, sino tambien por el propietario de Vizcaya, y en todo sentido, sin que fuera soberano por respecto á territorio alguno; pues en esta ocasion se quiso hacer distincion para confirmar el real diploma entre los que siendo soberanos en sus estados, eran vasallos del emperador, y entre los que carecian de esta calidad. En la clase de soberanos, aunque vasallos, se pusieron el conde de Barcelona, el rey de Navarra, el rey de Murcia y otros muchos poderosísimos que no se nombraban; pero no don Lope Diaz, que solo confirmó en la de ricos homes de Castilla, que no necesitaban expresar la calidad de vasallos, porque la denotaba el hecho mismo de confirmar allí.

NUM. 134.

Privilegio en favor de la iglesia de Orense, año de 1157.

Florez: España sagrada, tomo XVII, apéndice 4.

Quoniam potentum regum, et maxime imperatorum est viros religiosos honorare, eorum petitiones exaudire, loca etiam, quæ actio pia instituit ditare, possessionibus ampliare, maximè autem prælatis ecclesiarum honorem, et reverentiam exibere, ipsorumque, quibus sanctitas innocendi gloriam dereliquit, injuriarum vindictas deposcere, atque loca ipsa sancta augmentare, et in proprio statu conservare, bonas consuetudines sic imperatoriæ majestatis est introducere, malas etiam, si quæ per ignorantiam juris, aut facti, aut per negligentiam exortæ fuerint, extirpare. Ea propter ego Adefonsus, Dei gratia Hispaniarum imperator, una cum uxore mea imperatrice domna Rica, necnon cum filiis meis Sancio, et Fernando regibus, tibi domno Petro venerabili, ejusdem gratia auriensi episcopo, quem divino nutu, nostroque consensu, ecclesia auriensis merito gaudet habere pastorem, quem etiam ad nos venientem, sicut decuit, honestè recepimus; atque honoratum, et in omnibus petitionibus suis exauditum, cum honorificentia et gratia nostra remissimus, facio privilegium in perpetuum valiturum auctoritate nostra, et filiorum nostrorum roboratum, atque sigillo nostro communitum; atque omnibus successoribus vestris, ut donum istud, non solùm personæ, sed et ipsi ecclesiæ intelligatur esse collatum. Hoc ergo imperiali nostro privilegio jus libertatis integrum, nec in aliquo imminutum, vobis, et ecclesiæ auriensi ex amore vestro, de cujus promotione nos multùm gaudemus, concedimus, atque ecclesiam ipsam auriensem, quæ ex magnifica regum gratia constructa est cum civitate, quæ integra est ipsius ecclesiæ cum castello, et cum utroque cauto, veteri, et novo, omnibus regalibus, nec-

non cum omnibus suis directuris, paneriis, posessionibus, non solum ipsius ecclesiæ, sed et canonicorum eidem ecclesiæ deservientium, sub protectione nostra recipimus. Dictæ autem posessiones, quas in protectione nostra recipimus, sunt hæc: Servo Dei, Sancta Maria de monte Gomariz, Porqueira, Vargeeles, Riucaldo, Feardos, et quidquid habet in Sandi, Pereira mala, Paredes Rubias, Sorbeira, ecclesia Sancti Jacobi de Alariz, et alia sancti Stephani, Tabladella, Salgueiros, Saoeni cum suo cauto, Sanctum Jurquium, et Sanctam Leocadiam, Sanctum Petrum de Mezquita, utrumque Laurium, Sobrado, Toen, Grandocira, Sanctum Mametem de Puga, et Sanctum Felicem de Olivedo, Sanctum Felicem de Labiu, Camaliangos, Goestei, Sanctum Joannem de Coonas, Villam-Rubin, Touges, Armentar, Sanctum Ciprianum de Armentar, Lion, Cerbania, Nio de Aquila, Nugeira, Duas ecclesias, Maurisco, Sancta Crux, Rebordelos, Noalia, et omnia alia quæcumque ad ejusdem ecclesiæ jus spectare noscuntur. Mandamus etiam non minus, quatenus nulli potentum, comitum, procerum nostri imperii, nullo vero modo illis quibus vicinas terras ex utraque parte fluminis Minei regendas commisserimus, quasi ex debito servias, vel procurationem tribuas, nisi quod tantum ex liberalitate tua, gratia vel beneplacito, facere volueris. Hoc ergo factum meum, quod firmum semper, et inconcussum habere volo, si quis temerario ausu infringere tentaverit, sit in primis excomunicatus, et cum Datan, et Abiron, quos terra vivos absorbuit, et cum Juda proditore in inferno condemnatus. Persolvat etiam vobis, vel vocem vestram pulsanti mille aureos. Facta carta per manum magistri Petri cancellarii, era millessima centesima nonagesima quinta. Imperante eodem Aldefonso glorioso, pio, felici, ac semper invicto, Toleto, Castellæ, Galletiæ, Najeræ, Cesaraugustæ, Almariæ, Baetiæ, Anduxar. Vasalli imperatoris, comes Barchinonis, rex Navarræ, rex Murciæ, rex Secure, et alii vasalli ejusdem potentissimi, quorum nomina non habentur hic. Teste Petro Cancellario apud Aquam de Celere. Ego Adefonsus imperator hanc cartam, quam fieri jussi, propria mea manu roboro, atque confirmo.

Signum ✠ imperatoris. (*Primera columna de firmas.*) Rex Santius confirmat. Comes Amalricus confirmat. Comes Ossorus confirmat. Comes Veila confirmat. Comes Lupus confirmat. Sanctius Didaci confirmat. Gundisalvus Roderici confirmat. Gomes Gonsalvi confirmat. Joannes Ferrandez confirmat. Fernandus Roderici confirmat. (*Segunda columna.*) Joannes toletanus archiepiscopus, Hispaniarum primas, confirmat. Ennego abilensis episcopus confirmat. Vincentius secoviensis episcopus confirmat. Joannes oxomensis episcopus confirmat. Celebrunus seguntinus episcopus confirmat. Rodericus calagurrensis episcopus confirmat. Raimundus palentinus episcopus confirmat. (*Tercera columna.*) Rex Fernandus confirmat. Comes Roderici, majordomus imperatoris confirmat. Comes Rodericus confirmat. Comes Gonsalvus confirmat. Alvarus Roderici confirmat. Veila Guterri confirmat. Pelagius confirmat. Comes Petrus confirmat. Comes Ranimirus confirmat. Pontius d..... confirmat. (*Quarta columna.*) Martinus compostellanus archiepiscopus confirmat. Petrus minduniensis episcopus confirmat. Joannes lucensis episcopus confirmat. Fernandus asturicensis episcopus confirmat. Joannes legionensis episcopus confirmat. Stephanus zamorensis episcopus confirmat. Ego magister Petrus imperatoris cancellarius, qui hanc cartam dictavi confirmo.

NOTA.

Por esta escritura consta que el conde don Lope Diaz de Haro, señor de Vizcaya, seguia la corte de Castilla, y confirmaba entre los ricos homes, y no en el lugar de los soberanos vasallos del emperador.

NUM. 135.

Donacion del término de Ruete por don Pedro Ximenez, señor de los Cameros, á favor del monasterio de Sacramenia en 19 de abril de 1162.

Archivo del monasterio de san Prudencio de Laturce.

Sub nomine summi. Liquet omnibus intra januam ecclesiæ consistentibus a summo et vero Deo omnium potestatum jura prodire, et totius dignitatis immensa negocia provenire, dicente scriptura, omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est. Horum nempe qui hujus miseræ vitæ principatus accipiunt, alii quidem ad perniciem, alii ad regnum Dei adquirendum assumunt, ea propter ego Petrus Semenez summo omnium principi de bonis quæ dedit michi satisfacere volens, ut post transitum huius vitæ addat cælestia pro remitendis peccatis meis, parentumque meorum, cum Didaco fratre meo, et Teresa sorore mea, ejusdemque marito Lupo de Mendoza, cæterisque, et vobis domno Petro, Sacrameniæ abbati, vestrisque successoribus, et omnibus fratribus ibidem Deo servientibus tam præsentibus, quam futuris do omnem terminum Rodæ a rivo Sot usque ad terminum Murelli, et a via, quæ est subtus Lagunellam et descendit versus Logronio usque ad terminum Guselli, et ad terminum de Aradon ex utraque parte ribi Juveræ omnem hereditatem, cum aquis, et pascuis, et cætera, quæ infra terminum illum habeo, vel aliquo modo habere potuero: et Agriones cum aquis et pascuis, et nemoribus: et meam partem illius canalis, qui vocatur Picadones, et est in superiori parte pontis Lucronii situm, perpetuo jure possidendum vovemus etiam Deo et sanctæ Mariæ, quatenus ipse dimitat nobis peccata nostra, et parentum meorum, ut simus defensores et procuratores illius ecclesiæ, hoc scilicet pacto, ut nullus deinceps de genere nostro aliquo modo hereditatem istam Deo datam audeat repe-

tere, vel in aliquo infestare. Verum quicumque hanc meam donationem corrumpere quoquo modo tentaverit, anatema sit, et cum Juda traditore in inferno damnatus. Facta carta in Juvera decimo tertio kalendas maji, regnante rege Aldefonso in Toleto, et in omni regno suo, nutriente eum comite Almanrico. Pontifice calagurrensis ecclesiæ Roderico. Testes et confirmatores sunt hujus donationis Petrus Blasii, et Martinus Blasii, Petrus Captivus de Juvera, Petrus Lupi de Erze, Fernandus Garsiæ de Morcuero, Semenus Lupi, et Petrus Garsiæ de Novales, Fortun Garsiæ, et Petrus Ascenarii de Lagunella, Sancius Lupi de Laguna, et filius ejus Ferrandus Sancii, Bela de Varea, Garsias de Varea, Ascenarius Sancii de Villamediana. Ego Petrus Xemenez confirmo hanc cartam, et manu mea roboro, era millessima ducentesima.

NOTA.

Esta escritura sirve para ilustrar la genealogía de los señores de Cameros enlazada con la de los de Vizcaya, ilustrando al mismo tiempo la historia nacional.

NUM. 136.

Donacion de una casa en Trepiana por Fortunio Lopez, en favor de san Millan, á 19 de abril del año de 1162.

Becerros de san Millan de la Cogolla.

Ego igitur Fortunius Lupiz presbiter de Trepeana tanta santitate, ac liberalitate Garsie abbatis, et monachorum sancti Emiliani devictus, et peccatorum meorum, ac scelerum que a iuventute mea graviter deliqui, timore penarum infernalium perterritus, et anime mee mederi, ac subenire per elemossinam

cupiens (per eam enim maxime peccata remituntur, et ut ait Salomon, divitie hominis redemptio anime ipsius sunt. Et Daniel: rex, redime peccata tua elemossinis: fortasse indulgeat tibi Deus): do beato Emiliano, et tibi Garsie abbati, ceterisque fratribus ibidem Deo servientibus presentibus ac futuris, domum unam quem summo labore ego in Trepeana funditus fundavi, ut serviat sancto Emiliano in perpetuum. Si quis aut parentum meorum, aut extraneorum hoc meum donativum infringere, vel contradicere, aut diminuere, vel in aliquo usurpare voluerit, sit a domino Deo anathematis vinculo colligatus, et penis infernorum eternalibus cum Juda proditore deputatus. Facta carta in era millessima ducentesima; decimotertio kalendas maii, feria quinta, regnante Alfonso regis Sancii filio in Castella. Comite Lupo dominante Naieram; et fratre eius Sancio Didaci in Trepeana dominante. Dominicus Garsiæ, Rodericus Petri, Garsia Munionis, Martinus Simeonis, Petrus Garsie, Martinus Dominici, Sancius Fortunii, Omnes isti auditores, et testes. Totoque Concilio trepeanensi favet huic pacto, et assensum prebet.

NOTA.

Esta escritura nos instruye de que el conde don Lope Diaz de Haro, señor de Vizcaya, servia al rey de Castilla don Alfonso VIII en el gobierno y señorío honorario de Náxera, y su hermano don Sancho Diaz de Haro en el de Trebiana.

NUM. 137.

Fueros de la Guardia, villa de Alava, por el rey de Navarra don Sancho el Sabio en 25 de mayo de 1164.

Archivo de la villa y Diccionario de la real academia de la Historia.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Ego Sanctius per Dei gratiam pampilonensium rex facio hanc cartam omnibus populatoribus de la Guardia tam presentibus quam futuris, qualiter decrevimus dare vobis bonos foros et bonas costumpnes; placuit libenti animo et spontanea voluntate quod dono vobis et concedo in primis quod habeatis terminos vestros del soto de Enego Galindez intro sedendo cum suo termino Tuncina intro sedendo usque ad Lagral, totum regale usque ad Buradon et medio Ebro in hac parte, hermo et poblado. In primis et quod nullus saion nec merino non intret in vestras casas, ut tollat vobis vel accipiat aliquid per forzam, et si intraverit occidatur, et non pectent nisi tres meajas. Similiter quod nullus sennor qui sub manu regis ipsam villam mandaverit non faciat vobis aliquam forzam: neque suo merino, neque suo saion, non accipiant ab eis ullam rem per forzam nisi fuerit voluntate eorum: et non habeant superse malum forum nec ullam veredam, sed sint liberi; et ingenui maneant semper; et si super hanc cartam sive sennor, sive merino, sive saion aliquam forzam voluerit facere, occidatur et proinde non pectent homicidium, sed donent solum in censum unoquoque anno de unaquaque domo, unum solidum ad regem in die Pentecostes; et amplius non faciant servitium nisi fuerit voluntate eorum. Non pectent homicidium per terminum si invenerint hominem mortuum intus villam vel extra villam. De istis populatoribus, si occidit unus alium, et sciunt vicini eorum, duo vel tres pectent homicidium et alii vicini non pectent nisi

fuerit voluntate eorum, et ipse homo pectet ducentos solidos, et de istis cadant centum pro anima regis; et centum pectatores pectent: et habeant liberam licentiam comprandi hereditatem in totam terram regis; et habeant liberam ubicumque compraverint francam et ingenuam. Et non inquirat eis ullus sennor neque ullus homo ullam morturam, neque ullam veredam pro illa hereditate quam compraverint et si necese habuerint vendendi, vendant cuicumque voluerint. Si aliquis populator fecerit molendinum in flumine Ibero, pectet ad regem in primo anno quinque solidos et non amplius. Et ubi potuerint invenire terras hermas laborent illas, et ubicumque invenerint herbas pastare, pascant illas sine ullo herbatico, et similiter seccent illas quando opus habuerint: similiter ubi potuerint invenire aquas rigare pezas, aut hortos, aut per molinos facere, aut qualicumque opus habuerint, similiter recipiant illam: ubicumque invenerint montes et ligna per cremare aut casas facere, accipiant sine aliqua ocasione. Et si venerit ullus homo infanzon sive villano qui inquirat eis iudicium ex parte Iberi, vel ex qualibet parte fuerit, respondeat, et faciat directum ad portam de sua villa; et non habeant foro de facere batalla, non de ferro, nec de aqua calida, sed si potuerint firmare cum duobus vicinis istius villæ, pectet suam calumniam qualis indicata fuerit, et si non potuerit firmare, audiat suam iuram et dimitat eum. Unusquisque vicinus si feriret alterum et exierit sanguis, pectet decem solidos et cadant quinque pro anima regis; si percuserit et sanguis non exierit, pectet quinque solidos et cadant medios in terra pro anima regis; si percuserit femina una alteram et acceperit per capillos et eiecerit tocam et fuerit maridata et potuerit firmare cum duabus legitimis mulieribus, pectet viginti solidos, et cadant decem pro anima regis. Non habeant ullam pesquisam inter illos; quicumque voluerit populare populet, et habeat suam hereditatem francam et ingenuam de dare et vendere cui voluerit. Quicumque voluerit iuramentum, et inquisierit a suo vicino sive ab extraneo, non iuret in alio loco nisi in Sancto Martino. Si ullus populator fecerit molendinum in sua peza, aut in suo horto,

aut in sua vinea, non det partem regi per aquam; et quicumque fecerit furnum in hereditatem, habeat illum salvum et ingenum. Non mitatur merinus neque saion nisi de sua villa, et si fuerint mali aut superbi contra vicinos, occidantur et non pectent homicidium; et habeant alcalde suum vicinum. Sennor qui subiugaverit homines istius villæ, non faciat eis ullum tortum, sed per rectum iudicium ducat illos, et alcalde qui fuerit in villa, non accipiat novenam neque arenzaticum per homicidium; neque saion non accipiat inde aliquam partem, sed ille sennor qui acceperit suam calumniam, paguet al alcalde et saion. Et si ullus homo extraxerit pennos de casa per forza, pectet sexaginta solidos, medios in terra, et redat suos pennos in illam casam, et qui incluserit aliquem hominem in sua casa per forza, pectet sexaginta solidos, medios in terra; et ille homo qui traxerit gladium, pectet suo pugno; et si non, redimat illum principi terræ, si potuerit firmare per foro de sua villa: et si aliquis pignoraverit capam vel mantellum, aut aliquos pennos a torto, pectet quinque solidos, medios in terra confermes de foro; et si isti populatores invenerint aliquem hominem in suo horto, aut in sua vinea faciendo ei damnum in die, pectet ei quinque solidos ad opus de illo sennor cuius est illa honor, et medios det principi terræ; et si negaverit, salvet se cum iura de illo sennor cuius est illa honor, et radice: et si de nocte, decem solidos, medios principi terræ. Et habeant liberam licentiam de comprare ropas, trapos, bestias et tota animalia, et hereditates per carta, et non dent otor nisi sua iura quod comparaverint; et si populator comparaverit mulam, vel equum, caballum aut asnum aut bobem cum otorgamento de via regis, et non scit de quo, det sua iura, et non det eis mas otor: et ille qui demandaverit, reddat ei toto su haber cum sua iura quod per tanto fuit comprado, et si ipse voluerit recuperare suo haber, donet ei cum sua iura quod ille non vendidit nec donavit sed quod fuit furtado. Qui voluerit iuram dare aut accipere ad portam ecclesie, et soltaverit eam pro amore Dei, non pectet calumniam, et ullus homo qui venerit a mercado, non det lezda nisi in die de mercado. Et omnis infanzon dives, et pauper

qui ibi venerit populare, talem habeat suam hereditatem qualem suam sui patrimonii francam et ingenuam. Nulli clerici non pectent neque vigilent nisi in psalmis, et himnis et orationibus sed sint liberi et ingenui pro amore Dei, et pro animabus parentum regis et ordinibus illorum et non dent de decimis episcopo suo nisi solum quartum: et pascatur suum ganatum per hermum et populatum, ubi melius habuerit, et quod non vadant in hostem, nisi fuerit ad batallam campalem: omnis latro suspendatur si fuerit deprensus cum furto; caballus habeat engueras sex dineros de die et duodecim de nocte, et si morieret, centum solidos: habeatis per foro duodecim estados de casas en longo et quatuor en amplo: habeatis medianedos, et non detis lezta in tota mea terra. Qui fuerit fideiusor de iuditio, non respondeat de medio anno en aiuso. Facta carta era millessima ducentesima secunda in die sancti Urbani prima die lunæ pro Ascensione Domini octavo calendas junii, epacta vigesima quarta, luna trigesima, regnante rege Sanctio in suo regno de Navarra: comes D. Beilla in Alava, Rodrigo Martinez in Pedrola, in Marañon, et in la Guardia; episcopus Rudericus in Calagurra. Qui hanc cartam, et istos foros et costumpnes voluerit dirrumpere vel quebrantare, sit maledictus et sequestratus a Deo Patre, et Filio et Spiritu Sancto et a beata Maria matre domini nostri Jesu Christi et sit maledictione angelorum patriarcharum profetarum, apostolorum, evangelistorum, martirum, confesorum atque virginum et omnium electorum Dei et sit damnatus cum Juda traditore in inferno inferiori; et pereat sicut perierunt Sodoma et Gomorra; fiant dies eius pauci, uxor eius vidua et fili eius orphani et deleantur de libro viventium, et non fiat commemoratio eius amplius, amen. Et super hanc maledictionem pectet ad dominum regem decem quinque millia moravetinorum.

NOTA.

He aquí la villa y territorio de Laguardia, parte de Navarra, sin conexîon con Alava.

NUM. 138.

Donacion de dos collazos poblados y un solar en Bañares de Rioja en favor de san Millan, año de 1167.

Archivo de san Millan de la Cogolla.

Sub Christi nomine. Ego domna Urraca, uxor Petri Gonzalez de Alava pro remedio anime mee, et parentum meorum bono animo, et spontanea voluntate offero Deo, et sanctis altaris beatorum confesorum Emiliani, et Felicis duos collaceos populatos, et unum solare in Bannares, quorum nomina hec sunt: Martino Ferrero, et Dominico filio Juste: (*sigue expresando las casas de ambos collazos o colonos, y luego pone las maldiciones ordinarias.*) Facta carta sub era millessima ducentesima quinta. Regnante rege Alfonso puerulo, regis Sancii filio in Toleto et in omni Castella. Sub ejus gratia dominante Najere comite Lupo Didaz. Tellus Petrez eiusdem filius testis. Petro Petrez, et Martin Petrez, et Ferrant Petrez, et Michael Petrez eiusdem filii testes. Urraca Petrez, et Maria Petrez, et Tota Petrez eiusdem filie testis. De Bannares sunt testis Sancius presbiter minor. Et Garsea presbiter, et Dominicus Sancii presbiter. Et Lupus puer scolarius testis. Ennecus medicus plagarum testis. Ortun Aznarez testis. Petrus Cozcorrita testis. Aparicio testis.

NOTA.

Consta por esta escritura que el conde don Lope Diaz de Haro, señor de Vizcaya, seguia la corte de Castilla, y tenia el señorío de la ciudad de Náxera por el rey don Alfonso VIII.

NUM. 139.

Treguas entre don Alfonso VIII de Castilla y don Sancho VII de Navarra en octubre de 1167.

Pulgar: historia de Palencia tomo II.

Placuit utrique regum ut fieret pax et concordia inter eos per decem annos, et facta est; et placuit ut hoc iuramento firmarent, et iurarent ipsi et barones utriusque super altare et super quatuor evangelia, ut tenerent prædictam concordiam, et treguas per fidem, et sine malo ingenio et sine fraude per decem annos: et istæ treguæ factæ sunt de corporibus, et pecoribus, et facultatibus, et castellis per fidem et sine fraude, et malo ingenio. Et si aliquis regum vel baronum istas treguas fregerit, et infra sexaginta dies clamorem factum non emendaverit, sit periurus et alevosus. Facta carta era millessima ducentesima decima quinta, mense octobris.

NOTA.

Esta escritura se otorgó quando don Alfonso VIII de Castilla y don Sancho *el Sabio* de Navarra guerreaban sobre la pertenencia de la soberanía de Rioja, Alava, Guipúzcoa y Vizcaya, y se reproduxo por el monarca navarro año de mil ciento setenta y siete por via de alegato ante el rey de Inglaterra, como veremos mas adelante.

NUM. 140.

Fueros de poblacion de la villa de Madrigal dados por don Pedro, obispo de Búrgos, y confirmados por el rey don Alfonso VIII en 4 de marzo del año 1168.

Coleccion diplomática del señor Marina, tomo II.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Petrus Dei gratia burgensis ecclesie episcopus cum consensu et voluntate canonicorum eiusdem ecclesiæ, dono et concedo vobis hominibus illam villam quæ dicitur Madrigal ad populandam, cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis, portaticuli, pontium, fonsado, et fonsadera, et prohibitione merinorum extraneorum (excepto ad alcabalas et tercias ad regem pertinentes) et cum propriis servis, et cum montibus que ad illam pertinent, et omnia pertinentia. Dono vobis villam que dicitur Mafomat in adjutorium populationis suprascriptæ ville, cum omnibus pertinentiis suis, extra illam defesam de Negredo. In ipsa eadem defesa dono vobis talem forum ut unusquisque populator tallet illud, quod opus habuerit ad faciendam domum et ad omnia alia necesaria, et non habeant potestatem dandi vel vendendi ad alium aliquem hominem. Sub tali etiam pacto et confirmatione dono et concedo vobis populatoribus illas supradictas villas, ut vos et filii vestri et omnis generatio vestra post vos habeatis illas jure hereditario semper. Post anno transacto populationis dono vobis hoc forum ut unusquisque vestrum si necesitas fuerit habeatis licentiam vendendi, dandi, vel impignorandi cuicumque volueritis qui teneat vicinitatem villæ. Dono etiam vobis alium forum ut nullus clericus vel laicus vel femina pectet maneriam, nec faciat fonsaderam, nec sernam, nec det montadgo. De eo quod accidit in montibus et defesis quas feceritis de con-

cejo medietatem vobis per forum concedo: aliam medietatem mihi et successoribus nostris semper date. Et vobis mecum et cum successoribus nostris semper per singulos annos ponite et tollite judicium et alcaldem. De homicidiis, et de calunniis, et liboribus quæ acciderint in villa, medietatem per forum vobis persolvant, et alia medietate sit mihi et successoribus meis, et libores qui apreciati non fuerint, non pectentur, et si consequentes non dederint, non respondeant. Et si hominem mortuum inventum fuerit in omni termino vestro, non pectetis pro eo homicidio. Latro qui cum furto captus fuerit, sit suspensus sine calumnia. Si vero invento mortuo ego sive successoribus meis de aliquo vestrum suspitionem habuero, iuret quod illum non occidit. Si vero occissum in termino huius villæ aliunde adduxerit, adducatur coram sex vicinis discretis et purgetur. De violata muliere sive de illa que per eum opresa fuerit, forum homicidii ut supra dictum est, habeat. Si aliquis ab aliqua re inanimata interfectus fuerit sive ceciderit de aliqua altitudine, sive in planitie sive in flumine, non pectetur. Si aliquis interfectus fuerit a cane vel a bobe vel ab aliqua bestia, dominus cuius fuerit bestia, deferat eam ante judicem et det ius cum tribus testibus. Si autem noluerit eam recipere, non respondeat ei amplius. Si aliquis falsum testimonium juraverit et cum tribus vicinis testificatum fuerit quod falsos testimonios jurat, perdat omnia que habeat movile; et censum habeat dominus et omnem hereditatem suam habeant vicini ejusdem villæ. Si aliquis pro alia demandancia vel pro aliqua calunnia debuerit, juret solum ipsum usque ad decem solidos, inde desuper juret cum uno ex vicinis suis. Istos foros ita concedo vobis ut semper per singulos annos in festum sancti Martini persolvatis mihi et successoribus meis in infurtionem singulos almudes de trigo, et duos de ordeo et tres octavillas de vino et singulos arietes duorum dentium aut singulos tocinos, binos medianos. Ego Aldefonsus Dei gratia Hispaniarum rex hoc factum et omnes istos foros quod domnus Petrus burgensis episcopus illis omnibus de Madrigal donavit, ita do et concedo, et hanc cartam quam habeo veraciter recognosco

factam, propio robore confirmo et roboro et hoc signum ✠ crucis manu mea impono. Petrus regis notarius jussu regis ejusdem hoc interscripsit. Facta carta quarto nonas marcii era millessima ducentesima sexta, regnante rege Alfonso in Toleto et in Extrematura, et in Castella et in omni regno patris sui. Ego Petrus Dei gratia burgensis episcopus ecclesiæ qui hanc cartam fieri jussi, propia manu roboravi coram testibus. Domnus Martinus archidiaconus testis confirmat. Domnus Dominicus abbas Sancti Michaelis de Froncea qui supradictam villam populavit sub dominio episcopi testis confirmavit. Domnus Dominicus archidiaconus testis confirmavit. Domnus Gundisalvus Nicolai cantor testis confirmavit. Petrus de Moral testis confirmavit. Ferdinandus Martinez testis confirmavit. Dominus Simeon testis confirmavit. Domnus Petrus testis confirmavit. Domnus Gundisalvus sacrista testis confirmavit. Ferdinandus Gundisalvus maiordomus testis confirmavit. Petrus Joannis Zorita testis confirmavit. Rodericus Dominici testis confirmavit. Didacus Lupi testis confirmavit.

NUM. 141.

Fueros de la villa y concejo de Llanes y su alfoz, dados por el rey de Leon don Alfonso IX en Benavente á 1.° de octubre de 1168.

Copia que me franqueó el excelentísimo señor don Gaspar de Jovellanos.

Sepan quantos esta carta, e este fuero viéremos, como yo don Alfonso por la gracia de Dios, rey de Leon, damos e otorgamos este fuero a los homes buenos de la nuestra villa de Llanes, que yo agora poblo, e mando poblar de Campo, el qual fuero es sacado e concertado por el mi fuero de Benavente, que yo poblé la dicha villa con las otras libertades que les yo fago por les facer mas mercet segun que se contiene en

este fuero, que siguiente es. Conoscida cosa sea a todos los homes presentes e a los que han de venir, que yo el dicho rey don Alfonso, rey de Leon, pongo e otorgo, e confirmo estos cotos, e estos términos de la mi villa de Llanes, que son escritos e nombrados en esta manera: los cotos del agua de Amia, como va a la agua de Carrobeda, e despues por la cabeza de Onana, e como va a la puerta de Noceda, e como va por el espadanar, e como va a la cabeza de Camarandon et como va por el canto de Cuera de sobre Cabrales por él a la Cueva del Canto, e dende como va a la mar. Dentro de estos términos mando yo el sobre dicho rey don Alfonso, que ningun vecino, o non vecino, non ose matar a otro vecino: nin omesiado non mate su enemigo dentro estos términos. Otrosí, si algun vecino o non vecino quier sea su enemigo, quier non lo sea, matar dentro estos términos, sea alevoso, e traidor, e muera por ello, e la sua heredat, e el su haber, haya la tercia parte el rey, e la otra tercia parte el concejo, e la otra tercia parte los alcalles. Otrosí, vecino o non vecino que a otro vecino su enemigo, o non enemigo, en la villa o dentro estos términos ya dichos llagar, si perdier de aquella ferida algunt miembro, pierda por ende la mano, e peche cient maravedis, e sálase de Llanes e de sus términos: e si el miembro non perdier, peche cient maravedis: et si con arma devedada ferier, et non hobier de que pechar estos cient maravedis, que sea en merced de todo el concejo e de los alcalles. Et quien con la mano sin arma ferier, si por ende el ferido algunt miembro perdier, el que firió, pierda la mano por ende; et si miembro non perdier, peche cincuenta maravedis por la primera, et por la tercera vegada que estas libores ficier ciento: e la tercera parte haya el concejo, e la tercia hayan los alcalles, e peche sus libores al liborado. Otrosí, a todo home de Llanes e dentro estos términos sobredichos, cotamos armas de todo fierro e de todo baston, e de todo hueso, e de toda piedra: e quien con ellas o con alguna de ellas ferier, peche cient maravedis, la tercera parte haya el liborado, e las otras dos partes hayan los alcalles e los merinos o el concejo: et aquel o

aquellos que el concejo moviesen o los alcalles::: a far vuelta, pechen cient maravedis, e pechen quanto daño por ende vinier: et aquel que los alcalles o los jueces denostar, o menazar, o desmentir en juicio o en provecho alguno de la villa, péchele quinientos sueldos si probarlo non pudiere, que non fas derecho, o que non judga derecho. Todo home que estando en Llanes o en sus términos sobredichos ficier denuesto per lengua, peche sesenta sueldos, et quien lo ficier con manos o con arma, peche cada uno de quantos en bando fueren cient maravedis, e peche los libores como en este fuero es escripto. Et aquel que casa en Llanes hobier, por ferida quel den, hayanla en prenda: et aquel que a la señal de los alcalles non vinier de dentro de la villa de Llanes morando, peche cient sueldos: et el morador de fuera de la villa de Llanes que a la señal de los alcalles non vinier, peche sesenta sueldos. Et aquel que de la behefetria casa non hobier en Llanes poblada y con peones, non haya la prenda por los cient maravedis por ferida de arma o de baston, mas hayan todo el otro su derecho, así como el otro su vecino: et aquel que prendar de campo en la villa de Llanes o en sus términos sobredichos sin consejo o sin mandado de los jueces o de los alcalles, peche sesenta sueldos. Todas las aldeas que yo el rey don Alfonso di al Concejo de Llanes por peño e por señal, o por coto, sean julgadas como en Llanes, et mando que ningun vecino por calonna de seis maravedis non vaya a fuero, mas en Llanes reciba juicio. El que a otro su vecino dìxere alevoso, o traidor, o cegullo, o fidenculo: si fuere home o muger aquel a quien estos denuestos dixiere, e los oyer e firmas ficiere, péchele seis maravedis, la tercia al denostado, e las dos al rey e a los alcalles, e al concejo, e desdigase de los denuestos, e por cada un denuesto peche seis maravedis. Et aquel que con muger de bendicion fuere fallado, mueran ambos, et si fugiesen, no les vala la eglesia, nin palacio ninguno, e non los ampare ninguno, e si alguno les amparar, haya tal pena como ellos. Non fagan pesquisa de cotos de cient maravedis nin de sesenta sueldos sinon por vecinos. De cient

maravedis, débese probar con cinco homes buenos, e de sesenta sueldos con tres homes buenos. Et quien esa calona quisiere vencer por pesquisa de homes buenos vecinos derechos e postureros de buen testimonio, venza esa calóna. El que a señal de aldeas vinier e non dier fiador e se fuere, peche así como si a señal non viniere, salvo si los alcalles y non fueren que los oyan, así como muchas vegadas suele avenir. Si alguna muger dexase su marido legítimo, e primeramente non dixiere razon derecha ante los jueces o alcalles, o en concejo, por que lo dexa, si la su marido quisier recibir, los alcalles la reciban, e dénla a su marido; e si alguno la amparar, peche cient maravedis, e su marido haya ende la tercia, e el merino, e los alcalles e el concejo hayan las dos partes, et si aquella muger fugier o se escondier en algun logar, el marido de ella haya todo lo suyo, e despues que él murier, háyanlo los fijos de ambos o los herederos de ella. Et si el home dexar su muger legítima, e primeramente razon derecha ante los jueces o alcalles, o en concejo non demostrar, esa muger haya todo su haber, e los herederos de ella libremente en paz. Et el que primeramente a otro ferir, o el ferido sobre si tomar, e en defendimiento de su cuerpo ferir o matar, non muera por ello, nin pierda lo que hobier, nin sea llamado homecida por ello. Otrosí, yo el dicho rey don Alfonso mando e do fuero en la dicha villa de Llanes e en todo su término, que por ninguna caloña el merino nin el sayon non entre en casa de vecino nin en su posesion, nin haya poder sobre cosa de vecino nin sobre su haber; mas si tal fuere la calona porque el vecino deba perder el cuerpo o el haber, los alcalles tómenle las casas o el haber con homes bonos del concejo, e ténganselo todo guardado fasta que el fechor o su bocero tengan voz e resciba el vecino derecho, et entonce el fechor si debe perder, pierda; et si perder non debe por ante homes bonos, los alcalles entréguenle todo lo suyo que le fue tomado; mas si tal calona ficier por do deba perder el haber, e non el cuerpo, dé fiador que cumpla de derecho por este fuero, e tenga voz con el querelloso o con su bocero, e quanto del

vencier, que tanto peche por este fuero. Si el vecino a otro vecino con arma defendida ferir, los alcalles e los homes buenos del concejo, que sean amigos de amas las partes, vean esos libores, e si juzgaren que lo prendan los alcalles, lo tengan, e lo guarden, e todo lo suyo guarden, et si viviere el llagado, suéltenlo, e dénle todo lo suyo por fiador, e reciba juicio; mas si murier, fagan justicia de él por este fuero, e fasta que muera o viva el llagado, el cuerpo e el haber del fechor non entre en poder del merino. E si alguno que non sea vecino a algun vecino ficier o digier tuerto, ninguno non lo reciba por vasallo, ni tenga su voz fasta que primeramente enmiende el daño, o el tuerto que fizo o dixo al vecino, pero los alcalles provean que haya su derecho; et si aquel que lo recibiere por vasallo tuviere su voz hasta que primeramente enmiende al vecino el tuerto que le fizo ó dixo, peche diez maravedis, la tercia parte a quien fizo el tuerto, e las duas partes al merino e a los alcalles e al concejo. Et si alguno que non sea vecino, por su soberbia ferier a vecino, mando que todos los vecinos que y entendieren, que vengan ayúdar al vecino, e aquel que lo no ficier, peche diez maravedis, la tercia parte al librado, e las duas partes a los alcalles, e merinos, e concejo. Et quien heredat, o casa, o viña comprar, e por tres años en paz la toviere, e aquel que la vendier, morar en esa misma villa o en la alfoz, e por tres años no le demandar, de allí adelante non le responda. Si alguno fia de algun vecino niña en cabellos, et el que la levare, la escarneciese, sea enemigo de todo el concejo, e váyase de Llanes e de toda su alfoz, e nunca sea acogido en Llanes sin voluntad de su padre o del mas pariente propinquo que hobiere. Et el que parienta o sobrina en su casa hobiere, si non estudiere por soldada, otro tal fecho sea por ella, e el fechor peche cient maravedis a los parientes de la moza. Si los alcalles las mesuras del pan e del vino, e de los pesos, e de las varas quisieren ver, e corregir e enmendar, sean en su corral, e llamen los homes buenos con el fechor, e con el merino resciban las mesuras, e confiéranlas luego, et aquel

que la non tovier derecha, peche cinco sueldos; pero el merino non haya sobre ellas poder, si non tan solamente sobre aquellas que non fueren derechas, e en aquel dia que las rescibieren, en aquel dia mesmo las mesuren. Et por la emprima, e por arma defendida, e por baldón de manos e de lengua, non prendan los alcalles nin el merino, nin fien, nin juicio reciban: mas el querelloso demandante, si quisier, resciba fiador, e despues que demandar, non se avenga de la caloña sin los alcalles e sin los merinos. Otrosí, mando que de la caloña en que el concejo hobier parte, e los alcalles e el merino, si el concejo quitar la su parte, sea quita, e si el merino la suya quitar, quita sea; mas si los alcalles o alguno de ellos la su parte non quisieren quitar, tomen la su parte e non mas. Et luego que el liborado, por ferida o por baldón rescibier fiador, afie e bese á aquel de quien ha querella. Et aquel que hereda o casa o viña, e por tres años poseier, si alguno por estas cosas non le demandar, o ante los alcalles, o jueces, o en concejo non querellan, pasados los tres años non le respondan; mas aquel que por tres años en paz poseyó, siempre lo tenga en paz, e non responda de ello, si aquel que demanda, en Llanes o en su alfoz moró. Los jueces, e los alcalles, e el concejo por mandado de nuestro señor el rey establecemos en la villa de Llanes, que si algun vecino a otro su vecino por la mano ferier, o le tomar por los cabellos, estando en el concejo apregonado, aquel que fue ferido, dé al que lo firió con su mano, o con su puño otra tal ferida, o quantas él rescibió, o en qual logar él fue ferido, e péchele cinco maravedis. Otrosí, establescemos por mandado del sobredicho nuestro señor el rey que de aquí adelante en la villa de Llanes non jueguen los dados; et aquel en cuya casa los fallaren jugando, destrúyanle la casa, e el de quien fuer la casa, non haya otra pena. Et el que los jugar, si vecino fuere, pierda quanto hobier, et si non fuer vecino, pierda la mano, e si por los alcalles fincar, los alcalles sean por fechores contra el rey e contra el concejo, e pierdan quanto hobieren. Et de llano en llano defendemos, e vedamos que non jueguen en las tabernas

nin en las plazas, nin en las ruas; et todos los vecinos de Llanes a la villa de Llanes vengan recebir juicio, pero los que moren en los alfoces o en otros logares, vayan fuera del alfoz; e si menester fuere ir al fuero o al rey, o al libro judgo ante los alcalles, den vicarios e nombren los boceros, e den fiadores si menester fuere en Llanes. Nos el concejo de Llanes recebimos esta merced et este fuero que nuestro señor el rey don Alfonso nos da, et establecemos que salvo finque en todo el señorío de nuestro señor el rey, et firmemente establecemos que nunca amemos sino lo que el rey don Alfonso nuestro señor nos mandar, e siempre le serviremos así como le pluguier. Et mas establecemos que todo el concejo haya derecho e fuero so merced de nuestro señor el rey don Alfonso, e que los que andan caminos e pelegrinos pasen en paz. Et porque nuestro señor el rey don Alfonso con consejo de sus ricos homes pobró a Llanes, siempre ese mesmo señor el rey, e todos sus subcesores rescibirán de nos buen servicio, e siempre a su voluntad lo serviremos. Et porque esto non lo podremos facer si non fueremos todos concordados, agora mandamos, e firmemente defendemos, que si algunos en Llanes o en sus terminos ficiesen juramento o amistad de bullicio, e los alcalles e los homes buenos de Llanes ende supieren la verdad, fáganles como a falsos e a traidores, e pierdan los cuerpos e el haber. Otrosí mandamos, que quando alguno barajar con otro, o hobiere alguna entencion, el otro non levante contra él baraja nin contencion; mas cada uno tenga su voz, e dé su bocero, e ninguno non sea osado de lo contrariar. Firmemente mandamos, e siempre mandado lo hobiemos, que de las derechuras de nuestro señor el rey cada uno ampare lo que el rey diere; mas el su merino las haya entegramente; e quando el merino hobiere menester ayudorio, los alcalles por sí mesmos, o por otros caballeros o peones, dénle tal ayudorio que él menester hobiere. Et sin mandado de los alcalles, ninguno non sea osado de cabalgar con el merino por la villa nin por las aldeas a tomar nin destruir la villa nin el alfoz; mas así como dixiemos, los alcalles den todo el derecho complido al merino,

e los alcalles no consientan al merino que faga tuerto, nin quebranten nuestros fueros; e si por los alcalles fincare, que el merino derecho non haya, esos alcalles sean forfechores del rey e del concejo, e si los alcalles concurrieren al merino a facer tuerto, ellos sean forfechores del concejo, e aquellos que con el merino cabalgaren e lo ayudaren a tuerto a facer desafuero, haberles hemos como alevosos perjurados. Et si alguno al rey o al señor de la villa facier querella, si primeramente lo non querellar en concejo ante los alcalles, facerle hemos como a falso e alevoso. Et de este dia en adelante, por mandado de nuestro señor el rey metemos toda la villa de Llanes e su alfoz en poder de nuestros jueces e de nuestros alcalles, e estos jueces e alcalles sean de aquellos que tengan casa de mayor morada dentro en la villa de Llanes. Et estos jueces e alcalles provean la villa e alfoz, e aquel que los destorbar quisier, pierda el cuerpo e el haber; e si por ellos fincare, ellos sean alevosos e perjurados, et si el concejo les non quisier ayudar a facer derecho, sea perjurado e alevoso. Establecemos por mandado de nuestro señor el rey, e firmemente mandamos, que ningun vecino de Llanes, caballero nin peon, non sea vasallo de señor que a Llanes tovier, e si lo ficiere, sea alevoso e traidor del concejo, e pierda el cuerpo e lo que hobier, e destruyámosle la casa. A las vegadas de los merinos e de los porteros nos viene gran deshonra: ca el señor de la villa préndelos quando quier, e non les podemos acorrer; por ende firmemente mandamos, que si algun portero o merino quisiere ser, non sea nuestro vecino. Et así como diximos de suso, ninguno non sea osado contradecir al merino ni a los porteros sus derechuras, nin les facer tuerto; mas si el señor de la villa o los porteros ficiesen tuerto a los nuestros vecinos o contra fuero, e los alcalles o alguno del concejo contra ellos fueren, que non fagan tuerto nin contra fuero: e si por los alcalles e los merinos e defensores de los otros vecinos algun daño rescibiere todo el concejo, que lo cobremos ese daño, et ellos esten en paz, e ninguna cosa non les demanden; e si vinier ende homicidio, ninguno de nuestro con-

cejo non sea osado de fiarlos; et si merino o portero tuerto o desafuero ficiere alguno, el que sobre sí tomare e ferire o matare, todo el concejo peche el pecho que y vinier, e ellos esten en paz. Si nuestro señor el rey alguno de nuestro concejo del regno echare, todas sus heredades nos defendemos, así como las nuestras como fuere la merced de nuestro rey. Et mandamos e firmemente vedamos que ningun vecino de Llanes por aldeas o befetrias non sea vasallo de ninguno sino del rey; e si quisier un señor donde se ayude, tome por señor al que en Llanes hobiere mayor casa; e si otra cosa ficier, sea alevoso, e pierda quanto hobier, e por ende facèmos aquí fuero que aquellos que por las aldeas moran, quando han señor que non es vecino de Llanes, facen tuerto con ese señor a los vecinos que moran cabo ellos, y metenlos en vuelta con los caballeros de la tierra; mas los alcalles e el concejo defiéndanles que non sean vasallos si non del rey, et a los que esten con su concejo, defiéndanles como a sí mesmos. Merino nin sayon non prendan sin los alcalles o sin su concejo, e quien señor quisier haber, háyalo segunt de suso diximos, salvo la lealtad o el señorío de nuestro señor el rey, e de todo el concejo Et si ese señor algun tuerto ficiere al concejo o a los vecinos, ese su vasallo dígale que enmiende al concejo el daño que le fizo; et si enmendar no le quisier el tuerto o el mal que fizo al concejo e a los vecinos, dexe ese señor luego, e esté con su concejo, e si lo non ficier, destruámosle las casas, e hayan a él como alevoso perjurado. Et si avinier que aquel que por vecino en su ayuda con tratar, sea echado del reyno, todos por él roguemos a nuestro señor el rey, e el daño que rescibiere, le cumplamos: et si el concejo de otra cosa ficiere, él prende con el rey o con otros concejos. Et si avinier que aquel que por algun vecino, o por su derecho defender e ayudar, tiene con el señor de la villa e con el merino barajas, o por provecho alguno de la villa o del concejo, e fuere y muerto, sus hijos nunca fagan y fuero. Otrosí, yo el dicho rey don Alfonso de Leon dó vos e otorgovos la mi villa de Llanes a poblar con los so-

bredichos términos e con las mis heredades que y son con el fuero de Leon; pero que salvo ende fierro e calda, e fuego, e mando que el morador e poblador, e vecinos de la mi villa de Llanes viengue toda su heredat do quier que la hobier, habiendo casa o quadrilla en Llanes. Otrosí, yo el rey don Alfonso por facer bien e mercet a los pobladores de la mi villa de Llanes, e a todos sus vecinos, así a los que agora son, como a los que serán de aquí adelante, mando que en todos nuestros regnos, ningun vecino de Llanes, non dé *portazgo*, nin *montazgo*, nin ::::: nin *peage*, nin *castellage*; e firmemente mando e defiendo que ninguno non sea osado de les pasar contra esta merced que les yo fago, sopena de la mi merced, e mas pecharme hía en pena diez mil maravedis, e al vecino de Llanes todo el daño que por ende rescibiere doblado. El vecino de Llanes non dé *fosadera*, e por diez e ocho años que cada uno ampare su heredat do quier que la hobiere. Et todos los vecinos de Llanes hayan un fuero, et encotoles esas mesmas heredades que les yo dí, que siempre las hayan en paz e libremente el concejo de Llanes, e las hayan e las posean, e fagan de ellas toda su voluntad, así como las heredades que agora mejor han e poseen. Otrosí, yo el rey don Alfonso mando que me juredes por juramento sobre vuestros bienes, que fielmente partades todas las mis heredades, las quales yo recibí, e las quales vos do a partir, e que las partades fielmente, e que las dedes a aquellos que la mi villa ficieron e poblaron, e vuestros fueros ficieron. Et si alguno las heredades comprar, y casa en ellas non hobier, piérdalas: e si quisier poblar, venga e poble en la villa, e haya sus heredades. Otrosí, yo el dicho rey don Alfonso, atal firmamento vos fago que nunca por malos consejeros nin por lisonjeros, nin por vuestros enemigos, nin por vuestros homes ninguna cosa vos mengue de aquesto que vos do. Et ninguna cosa por miedo non fagades a alguno si no es a mí, e a estos a quienes do la mi villa a facer. Et prometovos e fágovos atal firmamento, que vos non dé a infante nin a otro home, nin a otra fembra nin a otro algu-

no en ninguna manera, e siempre vivades conmigo a la mi merced. Et mando que los dichos avant homes mios pobladores vean que dentro los términos de Llanes así de los vuestros heredamientos como de los ágenos del concejo que a mí pertenecen, e de la justicia que entre vos debe haber, que ninguna cosa non mengue ende; et mandamos que ninguno non venda la heredad si non ficiere primero casa, e si la vender quisier, véndala a aquel que fuero tuviese en la villa de Llanes, e non a otro alguno. Et non tengo por bien que se tenga por vecino el que en las aldeas non hobiere casa o en la villa, et por la casa que toviere en la villa, viengue lo que hobiere en las aldeas. Otrosí mando que ningun vecino de la mi villa de Llanes nin de su alfoz non dé *nuncio* nin *boda* nin *mañeria*, et franquéolos, e quítolos de esto e de todo *otro mal tributo*. Et aquello que me rogastes, otorgovoslo firmemente, conviene a saber, que si algun maestre de qualquier obra tambien clérigo como lego, su discípulo e su criado ferire por razon de aprender o de corregir, e de esas feridas murier, non peche por él ninguna cosa nin haya pena, nin sea homecida. Et si el home su muger legítima con quien hobier su vida bona así como los homes deben facerla ferir, e ende muriere, non peche ninguna cosa, nin pierda cosa de lo suyo, nin sea homecida; e eso mesmo mando de los hijos del padre o de la madre si hobier ferida; et si ende muriere, otro tal mando, así como sobredicho es de las mugeres e de los discípulos. E los que hobieren de *ir en fonsado* el que levar la seña excuse doce homes del fonsado, e cada un alcalle excuse tres e estos excusados sean peones, et el escribano del concejo escriba aquellos, e excuse uno. El que portar armas de fierro o de leño, excuse tres homes: el que fuer enfermo, non vaya en fonsado nin *peche fonsadera*. El que fuer viejo e en su casa non tovier fijo o sobrino que pueda cumplir bien en fonsado, non vaya en fonsado. El que perdió la muger ese año, non vaya en fonsado, nin peche fosandera. El que fuer en romeria este año, non peche fosandera. El que este fuero tovier en guarda, non peche. Nos los alcaldes de todo el con-

cejo por mandado de nuestro señor el rey firmemente establecemos que si alguno, casas o viñas, o heredades por tres años poseyer, e en estos tres años las non demandaren, e si non querellaren al tenedor en concejo ante los jueces e alcalles en la villa de Llanes, despues de los tres años non responda de ellas a ninguno que la demande. Et aquel que las demandar, o que las tomar, peche a los alcalles e al merino cient maravedis, e pierda la voz que por sí habia. Otrosí, sepan quantos este privilegio e este fuero vieren, como yo el sobredicho rey don Alfonso, por la gracia de Dios rey de Leon e de Galicia, fago tal pleyto e postura con el concejo de Llanes, e con todos los caballeros de su término sobre todas las posturas e roturas que les yo demandaba: conviene a saber, que todo solariego de los caballeros que son herederos en el término de Llanes e del concejo de Llanes, de toda postura e abertura que facier mientras morar su señorío, ningun fuero faga de ello, parta con él o no parta: e quando la vendiere o saliere de su señor, faga ende fuero; e si la vendier a su señor, ese señor non faga ende fuero. Et mando que non venda heredat fasta que tire el señor por roturas de la heredat; e quanto fallar por verdad que otro da por ella, délo al señor de la heredat ante que a otro. E toda benfetria de mar a mar que fallaren que fue mandada con engaño, o si alguno la tuviere con engaño, fáganse ende fuero. Et toda benfetria que fuere dentro, los herederos que verdaderamente sopieren ser entre ellos, non fagan por ende fuero. Et todo home que postura o rotura hobier, si carta non hobiere de ella, non vala. Et yo el rey don Alfonso otorgo al concejo de Llanes todo esto sobredicho por fuero, tambien las cosas que ellos entre sí establecieron por mio mandado, e se en este fuero contiene como todo lo al sobredicho. Et aun les otorgo mas, conviene á saber, que todo huérfano que fincar sin padre y sin madre, fasta que hobiere veinte años, non *peche nin faga fuero*: e si ante casare, peche e faga fuero; e si fincare con el padre o con la madre, si non hobier partido, non peche nin faga fuero. E mando que esa misma emina e esa mesma cántara que ho-

bier en Llanes, esa mesma haya en todo su alfoz e non otra. Et aquel que non hobiere moyo de pan o una aranzada de viña, si mas non hobier, non peche; e si mas hobier, peche e faga fuero. Et mando que todo aquel que ganar heredat de órdenes en que tenga sus bienes, non faga de ella fuero; et si en el concejo de Llanes hobier entrada caballero, non haya y benfetria. Otrosí, confirmo estas libertades a los clérigos de la villa de Llanes e de su alfoz, tambien a los que agora son, como a los que han de venir, conviene a saber, estos que se siguen:

En el nombre de la Santísima Trinidad, Padre e Hijo e Espíritu Santo. A los reyes católicos pertenescen los santos logares, e las personas de todos los clérigos defender, e amar siempre e honrar. Por ende yo el rey don Alfonso, a exemplo de los buenos reyes, e contra las destrucciones de los mal fechores e de los robadores, fago carta de libertad e de encartamiento a todos los clérigos moradores en Llanes e en todo su término, do quier que moren, e a todos sus subcesores, que vala por siempre de aquí adelante, tambien de las personas como de las sus casas, como de las sus heredades e de todos sus bienes, que non respondan de *pecha* nin de *pedido*, nin de *fonsado*, nin de *fonsadera*, nin de *cosecha*, nin de ningun *fuero*, nin de *facenda*, nin de *debido* o *servicio de rey*, e que los clérigos que hay, e sus subcesores daquí adelante non vengan a ningun home poderoso o non poderoso, señor de la tierra, concejo, alcalles, merino del rey o sayon, aun de Nos el primero. Et la clerecía en tal manera toda en concejo de Llanes sea encartada e defendida, que de todo embargo, e de todo mal sea siempre libre e quita. Et esta libertad, e este acotamiento fago a todos los clérigos de Llanes e de su término, así a los presentes como a los que han de venir por jamas, por mi alma e de mios parientes, e a ruego del concejo, e por amor de Dios, e por buen servicio que vos los clérigos faredes a Dios de que yo espero haber parte. Et si alguno de mi linage o de parte extraña esto que yo fago de mi voluntat quebrantar o embargar, ira

de Dios todo poderoso, e la ira del rey haya: e con Judas el traydor de nuestro señor Jesucristo, e con Datan e Abiron (los quales vivos sorbió la tierra en los infiernos), sea dañado; e por la osadía que ficiere quando tomar alguna cosa a los clérigos de lo suyo, entréguelo a quatrodoblo, e al rey diez mil maravedis en pena. Et aqueste fuero que yo do a la mi villa de Llanes e al su término, sea por siempre firme. Fecho e otorgado fue este fuero en Benavente el primero dia del mes de octubre en la era de mil e doscientos e seis años.

NOTA.

La escritura está inserta y traducida en una confirmacion dada por el rey don Alfonso XI; y demuestra con su contenido, que para gozar mayores y mas amplos fueros como el pais vascongado, no es necesario ser república soberana independente.

NUM. 142.

Donacion de Sajazarra en favor del monasterio de Valdefuentes por don Alfonso VIII de Castilla en 28 de setiembre de 1169.

Archivo del monasterio cisterciense de Herrera en la Rioja.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Quonian nihil est quod tantum deceat regiam maiestatem quantum ecclesiam diligere et grata sufragia conferre, idcirco ego Aldefonsus per Dei gratiam rex, dono et concedo vobis domno Guillelmo Vallisfontium priori, et universis fratribus ibidem Deo servientibus, presentibus atque futuris pro salute etiam animæ meæ, hereditatem illam que vocatur Sayazarra cum terminis, vineis, pratis, pascuis, ribis, molendinis, piscariis, cum terris

cultis et incultis, cum ingresibus et egresibus, et cum quanto ibi fuerit: mandans et concedens ut de prefata hereditate quidquid vobis placuerit, absolute faciatis, donando, vendendo, suppignorando, concambiando. Jubeo itaque ut hec mea elemosina stabilis semper permaneat et rata. Si quis vero illam ex genere meo vel alieno rumpere aut retentate voluerit, sit a Deo maledictus et excomunicatus, et cum Juda domini traditore in inferno damnatus: et insuper regie parti centum libras auri et duplum vobis ut dicta hereditate in pace dimisa persolvat. Facta carta apud Tudelam era millessima ducentesima septima, quarto kalendas octobris, regnante rege Aldefonso in Toleto et Castella et Extrematura. Ego Aldefonsus rex hanc cartam quam fieri iussi, manu propia roboro et confirmo. Zebrunus toletanus archiepiscopus et Hispaniarum primas confirmat. Petrus burgensis episcopus confirmat. Raymundus palentinus episcopus confirmat. Santius avilensis episcopus confirmat. Rudericus calagurritanus episcopus confirmat. Joscelinus legionensis episcopus confirmat. Comes Alvarus confirmat. Comes Nunio confirmat. Comes Lupus confirmat. Santius Didaci confirmat. Gomes Gonsalvez confirmat. Rudericus Gutierri confirmat. ✠ Signum regis Aldefonsi. Martinus Ferdinandi cancelarius regis confirmat. Petrus Garsie maiordomus Curie regis confirmat. Rudericus Gundisalvi alferiz regis confirmat. Petrus notarius regis scripsit.

NOTA.

Consta por esta escritura que el conde don Lope Diaz de Haro seguia la corte de Castilla, y confirmaba los reales diplomas despues de los señores de la casa de Lara.

NUM. 143.

Donacion de la villa de Fayuela en la Rioja por el conde don Lope Diaz de Haro y doña Aldonza su muger en favor de las monjas cistercienses para fundar monasterio en el año de 1169.

Manrique: Annales cistercienses, tomo II, anno 1169, cap. 6.

Ego comes Lupus, et uxor mea domna Aldoncia comitissa, quorum hæc hereditas pertinent, sub nomine, et honore domini nostri Iesu Christi, cuius regnum, et imperium permanet in æternum, facimus chartam donationis Deo, et ordini de Cistellis, ibique sororibus servientibus, et omnibus succesoribus earum ad illud monasterium sanctæ Mariæ de Faiola ab integro, cum omnibus terminis suis, et cum illa villa suprascripta, cum solaribus, terris, vineis, pascuis, montibus, ribis, molendinis, atque cum omni exitu, et regressu. Damus itaque, et concedimus ut adsignatum est, ut hereditario iure illud monasterium, scilicet, sancte Mariæ de Faiola habeatis, et in perpetuum possideatis. Si quis autem ex nostris, vel de extraneis temerario ausu, vel diabolico exagitatus instictu, hanc chartam, et hanc donationem a nobis vobis factam, et in concilio legitimè roboratam, frangere, vel disturbare, aut inquietare voluerit, sit maledictus, et excomunicatus, et cum Iuda traditore in inferno perpetualiter damnatus, et insuper centum libras auri purissimi regi terræ persolvere cogatur, necnon et illud monasterium duplatum vobis vel vocem vestram pulsanti reddat. Facta carta huius donationis sub era millessima ducentesima septima. Regnante rege Ildefonso, filio regis Sanctii in Toleto, et in Extremadura, et in Burgos. Dominante sub eo in Naiara comes Lupus.

NOTA.

1 Esta escritura nos hace ver que el conde don

Lope Diaz de Haro, quarto del nombre entre los señores de Vizcaya, y la condesa doña Aldonza su muger, no solo no se titulaban soberanos ni mencionaban la república vizcaina, sino que calendaban los instrumentos por el reynado del monarca castellano.

2 El monasterio de monjas cistercienses que aquí se nombra de Fayuela, se llamó despues de Cañas, por causa de la traslacion á esta última villa.

NUM. 144.

Confirmacion de donaciones hechas al monasterio de Ibeas de junto á Búrgos en febrero de 1170, y ratificacion en 19 de julio de 1175.

Archivo de san Cristóbal de Ibeas, del órden premonstratense, caxon 9, legajo 1.º, núm. 2.

In Dei nomine. Cum brevis sit vita temporalis ad comparationem æternæ, debet unusquisque, dum vivit, bona quæ potest, agere, ut post mortem temporalem per bonorum operum merita possit etiam habere æternam. Huius rei gratia ego rex Aldefonsus pro anima mea, et parentum meorum remissione consequenda, roboro et confirmo monasterio sancti Christophori totam hereditatem in hac pagina descriptam, videlicet, totum terminum de Obea del Campo ex dicti monasterii aldeola de sancto Andrea per viam quæ transit per Sanctum Emilianum, et vadit ad Cozcorram usque ad pratos de Suffarros, et per ipsos transiendo flumina de Cova et Espinosilla vadit ad vallem trium foncium, et ascendendo ad collem per sumitates ejus, aquis vertentibus ad dictam aldeolam inclusivè tendit et reddit, demptis aliquibus hereditatibus aliquorum particularium vicinorum, in quibus solummodo ha-

bent jus cultivandi. Et *Quintanar*, et *Sanctum Vincentium*, et *Millaradas*, et *La-Invierno* cum suis limitibus, distinctis a terminis aliorum locorum convicinorum et cum omnibus suis ecclesiis, et domibus populatis et populandis, et cum omnibus suis hereditatibus, montibus, fontibus, et fluminibus, ingressibus, et regressibus, et cum suis pascuis, et piscationibus, et venationibus, et cum suis incolis, et colonibus, et cum suis jurisdictionibus, tam civilibus, quam criminalibus, tam temporalibus, quam spiritualibus, et cum universis suis pertinentiis, quas ego possum dare, et concedere, et concessas roborare, et confirmare. Quas hereditates, loca, et terminos cum omnibus dictis juribus et præheminenciis imperator Aldefonsus dedit ad ordinem præmonstratensem, et ad servicium Dei Roderico abbati et fratribus dicti monasterii sancti Christophori, quod Guterrius Ferdinandus cum uxore ejus domna Toda fundavit, et in eo abbatem, et monachos albos missos ex Præmonstrato Franciæ cum missalibus et libris possuit. Quas hereditates ego rex Aldefonsus pro anima mea, et parentum meorum dicto monasterio cum dictis juribus, et pertinentiis nunc et in perpetuum placabilitèr do, et concedo, roboro, et confirmo. Et ego rex Aldefonsus cartam hanc propriis manibus in ecclesia sancti Salvatoris de Carracena coram audientibus circunstantibus confirmando roboravi. Si aliquis homo cujuscumque provinciæ istam meam confirmationem disrumpere voluerit, sit a Deo maledictus, et excomunicatus, et cum Juda traditore in inferno damnatus. Insuper regie parti istius rei contradictores mille aureos persolvant. Facta carta in mense novembrio era millessima ducentesima octava, regnante Aldefonso rege in Castella, et in Nagara, et in Toletula, et in Extrematura, et in omnibus regnis suis. Comes Alvarus confirmavit. Comes Munio confirmavit. Comes Petrus confirmavit. Comes Gomez confirmavit. Comes Vela confirmavit. Gundisalvus Roiz confirmavit. D. Malric confirmavit. Petrus Gomez confirmavit. D. Gil confirmavit. Cerebrunus toletanus archiepiscopus, et Hispaniarum primas confirmavit. Petrus burgensis episcopus confirmavit. Raimundus palentinus epis-

copus confirmavit. Gonsalvus Roderici confirmavit. Petrus Roiz filius Roderici Gomez confirmavit. Diago Bueso confirmavit. Gutier Pelaez merinus regis in Castella confirmavit. Petrus Garsiæ majordomus curiæ regis confirmavit. Rodericus Gundisalvi alferez regis confirmavit. Gonzalvo Capelin confirmavit. Gonzalvo Nazareno confirmavit. D. Fortuno confirmavit. Martin Diaz de Melgar confirmavit.

Confirmacion, año 1175.

Et ego rex Aldefonsus in tempore quo incartationes intravi decimo quarto kalendas augusti sub era millessima ducentesima decima tertia in *Sancto Dominico de la Calzada* propria manu hanc cartam, et in ea omnes præscriptas hereditates coram his testibus confirmando roboravi. Comes Munius testis. Comes D. Gomez testis. Petrus Roiz testis, filius del conde don Rodrigo. Lope Diaz de Mena testis. Roi Gutierrez maiordomo testis. Gonzalvo Roiz el Duc testis. Gonzalvo Padiela testis. Barci Costesia testis. Et Gutier Pelaez merino testis. Gonzalvo Peidrez de Aguilar testis.

NOTAS.

1 Esta escritura demuestra que don Alfonso VIII entró en las Encartaciones antes del mes de julio del año de mil ciento setenta y cinco. En veinte y siete de mayo habia estado en Medina de Pomar; y el marques de Mondejar equivocó los meses de la guerra de Castilla contra Navarra por no haber visto este diploma, que ilustra mucho los hechos referidos por aquel sabio, y confirma la narracion de Gerónimo Zurita.

2 La primera vez que suena en escrituras conocidas el nombre de *Encartaciones*, es la presente;

y combinando el suceso con los otros que recopilaron Zurita y Mondejar, se conoce claramente que la entrada del monarca castellano fue contra las tropas del navarro, que habrian ocupado las Encartaciones en alguna de las muchas guerras tenidas con Castilla en los dos años anteriores; sin que suene para nada el señor de Vizcaya, que seguia la corte castellana, prueba de que no era mas que uno de tantos vasallos con señorío particular en el pais.

NUM. 145.

Donacion de las villas de Cañas y Canillas en la Rioja por el conde don Lope Diaz de Haro, señor de Vizcaya, en favor de las monjas cistercienses de Fayuela en 9 de abril de 1170.

Manrique: Annales cistercienses, tomo II, anno 1169, cap. 6.

Ego comes Lupus, nullo cogente imperio, nec suggerente ingenio, sed propria mea voluntate, dono, atque concedo, Deo, et sanctæ Mariæ de Faiola, ibique sororibus servientibus, et omnibus successoribus earum, ipsam villam, quæ dicitur Cañas, cum quantum mihi pertinet, cum montibus, et vallibus, cultis, et incultis, cum fontibus, rivis, pratis, et defesis, cum introitu, et exitu, iure hereditario per cuncta sæcula, amen. Similiter dono et concedo, eodem modo Deo, et sanctæ Mariæ, et sororibus ibi servientibus sicut superius scriptum est, Canielas cum illud quod mihi pertinet, et sicut rex Sancius dedit mihi, atque concessit, cum introitu, et exitu, cum rivis, et fontibus, populatis, et hermis, iure hæreditario percuncta sæcula, amen. Facta carta sub era mil-

lessima ducentesima octava mense aprilis, in octava paschæ, feria quinta &c.

NOTA.

Esta escritura confirma lo notado en la donacion de Fayuela del año de mil ciento sesenta y nueve.

NUM. 146.

Donacion del lugar de San Juan de la Hoz de Muriel al monasterio de Buxedo por don Alfonso VIII, á 7 de mayo de 1170.

Archivo de Buxedo.

In Dei nomine amen. Regali nempe convenit pietati ecclesiam Dei diligere, honestos viros amare, et piis ac religiosis locis grata suffragia verbo et opere conferre. Ea propter ego Ildefonsus Dei gratia rex, dono et concedo Deo, et ecclesiæ sanctæ Mariæ de Buxedo de campo de Pallares, et vobis domno Sanctio ejusdem abbati, et universis canonicis ibidem Deo servientibus pro animabus avi et patris mei necnon et parentum meorum, et pro salute animæ meæ Sanctum Joannem de la Foce de Muriel cum omnibus terminis, et pertinentibus suis, ut amodò illum liberum, et quietum jure hereditario habeatis, et in perpetuum possideatis. Si quis vero ex genere meo vobis meum donum frangere voluerit, iram Dei omnipotentis et meam plenariè incurrat, et in supliciis infernalibus Judæ domini proditoris consors fiat, et regiæ parti mille aureos persolvat, et hoc meum factum stabile remaneat. Facta carta Burgis era millessima ducentesima octava, nonis maji: regnante rege Ildefonso in Toleto, Castella, Najara, et Extrematura. Et ego Ildefonsus rex hanc cartam, quam fieri jussi, manu propria roboro et confirmo. Cerebrunus toletanu

archiepiscopus, et Hispaniarum primas confirmat. Petrus burgensis episcopus confirmat. Rodericus calagurritanus episcopus confirmat. Raimundus palentinus episcopus confirmat. Comes Alvarus confirmat. Comes Nunio confirmat. Comes Gomez confirmat. Comes Petrus confirmat. Gundisalvus Ruderici confirmat. Petrus Ruderici confirmat. Garsias Garsiæ confirmat. Diago Lopez comitis Lupi filius confirmat. Alvarus Ruderici de Guzman confirmat. Petrus Pelaez merinus regis in Castella confirmat. Petrus Garsiæ majordomus curiæ regis confirmat. Petrus notarius regis, domino Raimundo existente cancellario, scripsit ✠. Signum regis Aldefonsi.

NOTA.

Consta por esta escritura que el conde don Lope Diaz de Haro, señor de Vizcaya, estaba ya difunto, y sucedídole su hijo don Diego Lopez de Haro *el Bueno* para el dia siete de mayo de mil ciento setenta, quien seguia la corte de Castilla y confirmaba los diplomas como uno de tantos vasallos en lugar posterior á los señores de la casa de Lara, y aun á los de Giron.

NUM. 147.

Donacion de varios bienes en favor del monasterio de Cañas en la Rioja por la condesa doña Aldonza, viuda del conde don Lope Diaz de Haro, señor de Vizcaya, en 20 de junio de 1170.

Manrique: Annales cistercienses, tomo II, anno 1169, cap. 6.

Ego comitissa domna Aldoncia veram, et individuam fidem credens, Deo patri omnipotenti, et Jesu Christo, filio

cius, inspirante Spiritu Sancto, omni devotione mentis et corporis, decrevi cervices meas subdere lenissimo Christi iugo, et pio affectu ei obedire, ut ipse mihi posse dederit, qui sanguinem suum pro omnibus effudit, et a mortali nexu, originali peccato mundatos, patri suo reddidit conservandos. Trado namque me, et commendo in ecclesia sanctæ Mariæ de Cañas, quam comes Lupus maritus meus in proprio solo fundavit, et ibi sanctimoniales, ut sub regula beati Benedicti viverent, instituit; atque de hæreditatibus, et possessionibus suis in tantum eis contulit, ut gratia Spiritus Sancti cooperante regulariter possint currere stadium huius vitæ, ut in futuro valeant bravium fælicissimæ spei impetrare. Affero itaque, et firmiter concedo ego comitissa domna Aldoncia adquisitiones, et comparationes omnium hæreditatum, quas cum marito meo comite Lupo acquisivi et comparavi, supradictæ ecclesiæ sanctæ Mariæ de Cañas, atque omnibus sanctimonialibus, ibi fideliter Deo servientibus in perpetuum iure hæreditario; et hoc feci consilio, et voluntate omnium filiorum meorum, et in hoc privilegio inserere iubeo, &c. Facta carta huius donationis, et confirmationis, sub era millessima, ducentesima octava, duodecimo kalendas julii, regnante Alfonso rege, filio regis Sancii in Toleto, et in Extrematura, et in Castella, in Burgis, et in Naxera, et in Calagurra, sub eo dominante in Naxera Petro Ruiz.

NOTA.

Esta escritura confirma lo notado en las donaciones de Fayuela y de Cañas, y sirve tambien para saber la genealogía de los señores de Vizcaya.

NUM. 148.

Fueros de San Vicente de la Sosierra en Rioja en 6 de enero de 1172 por el rey de Navarra don Sancho el Sabio, *aumentados en enero de 1377.*

Archivo de la Real Cámara de Comptos de Navarra en Pamplona.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Ego Sancius per Dei gratiam pampilonensium rex. Facio hanc cartam omnibus populatoribus de Sancto Vincencio tam præsentibus, quam futuris, qualiter decrevimus dare vobis bonos foros et bonas costumes, placuit michi libenti annimo et spontanea voluntate quod dono vobis et concedo in primis quod habeatis terminos vestros del rio de Samaniego totum regale usque ad Buradon, et de medio Ebro in hac parte hermo et poblado in primis; et quod nullus saion nec merinus non intret in vestras casas, ut tollat vobis vel accipiat aliquid per forzam, et si intraverit, occidant eum et non pectent nisi tres meajas. Similiter quod nullus senior qui sub manu regis ipsam villam mandaverit, non faciat vobis aliquam forzam; nec suo merino, nec saion non accipiant ab eis ullam rem per forzam, nisi fuerit voluntate eorum. Et non habeant super se ullum forum malum de saionia, nec de anubda, nec de maneria, nec faciant ullam veredam, sed sint liberi: et ingenui maneant semper. Et si super hanc cartam sive senior, sive merino, sive saion aliquam forzam voluerint facere, occidantur, et proinde non pectent homicidium, sed donent suum incensum unoquoque anno, de unaquaque domo unum solidum ad regem in die Pentecostes; et amplius non faciant servicium, nisi fuerit voluntate eorum: et non pectent homicidium per terminum, si invenerint hominem mortuum intus villa, vel extra villam. De istis populatoribus, si occiderit unus alterum, et

sciunt vicini eorum, duo vel tres pectent homicidium, et alii vicini non pectent, nisi fuerit voluntate eorum et ipse homo pectet ducentos solidos; et de istis cadant centum pro anima regis; et centum pectatores pectent. Et habeant veram licenciam comparandi hereditates in totam terram regis; et ubicumque comparaverint habeant francam, et ingenuam; et non inquirat eis ullus sennior, neque ullus homo ullam morturam, neque ullam veredam pro illa hereditate, et si necesse habuerint vendere, vendant cuicumque voluerint. Si aliquis populator fecerit molendinum in flumine Ibero, pectet ad regem in primo anno quinque solidos, et non amplius. Et ubi potuerint invenire terras hermas, laborent illas; et ubicumque invenerint herbas per pascere, pascant illas sine ullo herbatico: et similiter seccent illas quando opus habuerint: et similiter, ubi potuerint invenire aquas per rigare pezas aut hortos, aut per molinos facere, aut qualicumque opus habuerint, accipiant illas. Et ubicumque invenerint montes aut ligna per cremare, aut per casas facere, accipiant sine aliqua occasione. Et si venerit ullus homo infanzon, sive villano, qui inquirat eis judicium ex parte Iberi vel ex qualicumque parte fuerit, respondeat et faciat directum ad portam de sua villa, et non habeat foro per facere batalla, non de ferro, non de aqua callida, sed si potuerit firmare cum duobus vicinis istius ville, pectet suam calumpniam qualis indicata fuerit; et si non potuerit firmare, audiat suam juram, et dimitat eum: et unusquisque vicinus firmet alterum et nullus ex alia terra possit eos firmare. Si percusserit unus alterum, et exierit sanguis, pectet decem solidos, et cadant quinque pro anima regis. Si percusserit, et sanguis non exierit, pectet quinque solidos, et cadant medios in terra pro anima regis. Si percusserit fæmina una alteram et acceperit per capillos, et erexerit tocam, et fuerit maridata, et potuerit firmare cum duabus legitimis mulieribus, pectet viginti solidos: et cadant decem pro anima regis. Et non habeant ullam pesquisam inter illos. Quicumque voluerit populare, populet, et habeat suam hereditatem francam et ingenuam de dare et vendere cui voluerit. Quicumque voluerit juramentum et inquisierit a suo

vicino sive ab extraneo, non juret in alio loco nisi in Sancta Columba. Si ullus populator fecerit molendinum in sua peza, aut in suo horto, aut in sua vinea, non det partem regi per aquam. Et quicumque fecerit furnum in hereditate, habeat illum salvum et ingenuum. Et non mitatur merinus nec saion nisi de sua villa; et si fuerint mali aut superbi contra vicinos, occidantur, et non pectent homicidium, et habeant alcalde suum vicinum. Sennor qui subjugaverit homines istius ville, non faciat eis ullum tortum; sed per rectum judicium ducat illos. Et alcalde qui fuerit in villa, non accipiat novenam, neque arenzaticum per homicidium, neque saion inde aliquam partem; sed ille sennor qui acceperit suam calumniam, paguet alcalde et saion. Et si ullus homo traxerit pennos de casa per forza, pectet sexaginta solidos, medios in terra; et reddat suos pennos in illam casam. Et qui incluserit aliquem hominem in sua casa per forza, pectet sexaginta solidos, medios in terra. Et ille homo qui traxerit gladium, pectet suo pugno; et si non, redimat illum principi terre si potuerit firmare per foro de sua villa. Et si aliquis pignoraverit capam vel mantellum aut aliquos pannos a torto, pectet quinque solidos, medios in terra cum fermes de foro. Et si isti populatores invenerint aliquem hominem in suo horto, aut in sua vinea, faciendo ei dapnum in die, pectet ei quinque solidos ad opus de ille sennor cuius est illa honor; et medios det principi terre; et si negaverit, salvet se cum jura de illo sennor cuius est illa honor et radice. Et si de nocte, decem solidos, medios al seynnor de illa radice, et medios principi terre. Et habeant liberam licenciam de comprare ropas, trapos, bestias et tota animalia hereditatis per carta et non dent actor, nisi sua jura quod compravit. Et si populator compravit mullam, vel equum, caballum, asinum aut bobem, con otorgamiento de via regis, et non scit de quo, det sua jura, et non det eis mas actor. Et ille qui demandaverit, reddat ei toto su haber cum sua jura quod per tanto fuit comprado, et si ipse voluerit recuperare suo haber cum sua jura, juret ei quod ille non vendidit, neque donavit, sed quod fuit furtado. Qui voluerit juram dare

aut recipere ad portam ecclesie, et soltaverit eam pro amore Dei, non pectet calumpniam. Et ullus homo qui venerit ad mercado, non det lezta nisi in die de mercado. Et homo infanzon, dives, et pauper, qui ibi venerit populare, talem habeat suam hereditatem qualem sui fori francam, et ingenuam. Et illi clerici non pectent neque vigilent, nisi in salmis et hymnis et orationibus; sed sint liberi et ingenui pro amore Dei, et pro animabus omnium parentum regis, et creationibus illorum. Et non dent de decimis episcopo suo nisi solum quartum. Et pascant suum ganatum, ubi melius potuerint per hermum et populatum. Et quod non vadant in hostem nisi fuerit ad batallam campalem. Omnis latro suspendatur si fuerit deprensus cum furto. Caballus habeat engueras sex dineros de dia et duodecim de nocte: et si moriere, centum solidos. Equa habeat engueras similiter, et si obierit, quinquaginta solidos. Mulus et asinus habent engueras tres dineros de dia, et sex de nocte; et si morierit viginti solidos. Habeatis per foro duodecim estados de casas en longo, et quatuor en amplo. Habeatis medianedos. Et non detis lezda in tota mea terra. Qui fuerit fideiusor de judicio, non det medio anno en suso. Facta carta in die Epifanie octavo idus januarii, era millessima ducentesima decima, epacta luna quarta. Regnante rege Sancio in regno suo de Navarra, Johannes Velaz in Alava. Rodericus Martinez in Petrola. Episcopus Rodericus in Calaforra. Qui hanc cartam, et istos foros et costumes voluerit dirrumpere vel crebantare, sit maledictus et secuestratus a Deo Patre et Filio et Spiritu Sancto, et beata Maria matre domini nostri Jesu Christi; et sit in maledictione angelorum, arcangelorum, patriarcarum, profetarum, apostolorum, evangelistarum, martirum, confessorum, atque virginum, et omnium electorum Dei; et sit damnatus cum Juda traditore in inferno inferiori; et periat sicut perierunt Sodoma et Gomorra; et fiant dies eius pauci; et uxor eius vidua; et filii eius orphani; et deleantur de libro viventium, et non fiat commemoratio eius amplius, amen. Super hanc maledictionem pectet ad dominum regem decem millia moravetinorum.

Adicion en enero de 1377.

Cárlos por la gracia de Dios, rey de Navarra, Compte d' Eureux, facemos saber a todos los qui son e por tiempo serán, que como a todo rey, princip o seynnor que use de magestat real pertenezca augmentar et acrescer en bienes e en noblezas e honnores aqueillos que siempre se son mantenidos en lealtat, e fecho obras tocantes toda nobleza, a fin que otros por exemplo seguezcan e fagan las obras porque puedan ser ennoblescidos e privillegiados, puesto que non sean nacidos nin procreados de noble generacion, Nos considerando los buenos e loables servicios que a Nos, e a nuestros antecesores reyes de Navarra han fecho los del nuestro pueblo de la villa de Sant Vicent de la Sosierra, e facen de cada dia continuadamente, et entendemos que farán daqui adelant, esguardando otrosí que los de la dicha villa qui es en frontera de Castiella, siempre se son mantenidos bien e lealment enza Nos, e nuestros antecesores, en manera que son dignos de ser remunerados en bienes, honores e favores, queriéndolos privillegiar e ennosblescer, a fin de que siempre hayan mayor afeccion e voluntat de servir a Nos e nuestros succesores, e que a esto facer sean mas obligados, et así bien que la dicha villa sea mejor poblada de gentes, de nuestra esciencia e gracia especial, e plenero poder et autoridat real en nuestro grant conseio, et con grant e madura deliberacion habemos ordenado, et por tenor de las presentes ordenamos que todo home qui de present mora, e finque en la dicha villa, et quoalesquier otros que daqui adellant vinieren de fuera de nuestro regno a morar e poblar en el dicho logar de Sant Vicent, de qualquier estado o condicion que sean, sean tenidos e finquen por fidalgos, eillos e sus succesores descendientes de su genoilla, morando en la dicha villa, et que se gocen et aprovechen de todos los privillegios, franquezas e libertades, que hombres fidalgos de nuestro regno se deben gozar, e gocen segunt fuero, uso, e costumbre de nuestro regno, et que a ninguna otra servitut

non sean constreinidos facer por Nos ni nuestros succesores sino ad aquello que los otros fidalgos de nuestro regno son tenidos. Et porque algunos hombres del dicho logar de Sant Vincent fueron acusados por nuestro procurador no ser hombres fidalgos de padres e de abuelos segunt fuero, los quoales se ofrecieron a mostrar e probar lur fidalguía, et sobre esto haya seido levado pleyto en la nuestra cort entre el dicho nuestro procurador e los dichos acusados, el quoal pleyto hayamos mandado cesar, et maguera de rigor de fuero algunos de los dichos acusados non hobiesen debidament nin suficientment probado ser fidalgos, Nos de nuestra gracia especial et autoridat real, e por tirar e quitar toda materia de discordia que era entre el dicho nuestro procurador et los dichos acusados, queremos e tenemos por bien, que los dichos acusados qui non probaron ser fidalgos, fincando e morando en la dicha villa de Sant Vicent, sean e finquen por fidalgos, eillos e lures succesores, descendientes de sua genoilla se gocen e aprovechen de todos los privillegios, franquezas e libertades que los otros fidalgos de nuestro regno se gozan e aprovechan, e deben gozar e aprovechar segunt fuero, uso e costumbre del dicho nuestro regno. Otrosí mandamos por las presentes a todos los merinos, so merinos, bailes, prebostes, justicias, almirantes, alcaldes, alcaydes, porteros, e quoalesquier otros nuestros oficiales que agora son e por el tiempo venidero serán, que a los sobredichos moradores en Sant Vicent, et ad aqueillos qui daqui adelant vendrán de fuera de nuestro regno a morar e poblar al dicho logar e a los sobredichos acusados e lures succesores descendientes de su genoilla, fincando e morando en el dicho logar, dexen gozar e aprovechar desta nuestra present gracia, franqueza, libertat et privillegio. Et contra el tenor de las cosas sobredichas non los inquieten, vejen nin molesten en alguna manera al tiempo venidero, ca así lo queremos e nos place: et porque esto sea firme et valedero para siempre in perpetuum, Nos habemos mandado sieillar las presentes en pendient de nuestro grant sieillo, salvo nuestro derecho en otras cosas, e el aieno

en todas. Datum en nuestra ciudat de Pamplona en el mes de jenero lainno de gracia mil trescientos setanta e siet. Por el seynnor rey en su grant conseillo do eran presentes don Martin Periz de Solchaga, et don Martin Miguel Daynnues, e don García Martinez de Peralta e otros. = Pasquier.

NOTA.

Véanse unos fueros infinitamente superiores á todos los de pueblos vascongados, especialmente en lo respectivo á la nobleza de quantos fuesen á poblar, y las exênciones pecuniarias; y sin embargo la villa de San Vicente jamas ha pensado atribuirles orígen de pacto, ni decir que habia sido república independente.

NUM. 149.

Convenio entre don Rodrigo de Cascante, obispo de Calahorra, y don Gonzalo de Hornillos, sobre los quartos decimales de Letona, Apodaca, Atauri, y otros pueblos de Alava, en el año de 1173.

Archivo de la catedral de Calahorra.

In Dei nomine et eius gracia. Ego Gondisalvus de Fornelos pro redemptione peccatorum meorum dono me ipsum ad servitium et promito fidelitatem domno Roderico calagurritano episcopo et successoribus eius in perpetuum, et relinquo illos quartos quos tenebam sub pignore quingentos moravetinos de media Letona, et de media Apodaca, et de tota Atauri dono et apartavi. Et ego Rodericus calagurritanus episcopus recipio te Gondisalvum de Fornelos ad servitium tam nobis quam successoribus nostris canonice substituendis, et commitimus tibi claves domus nostræ episcopalis quæ est in Armen-

tia ut habeas eas in omni vita tua, et hoc tali pacto quod illos quartos quos tu soltasti et quartos alterius villæ, quam tibi asignamus, fideliter expendas ad soltandas illas subpignorariones quas episcopatus noster habet in Alava, retentis tamen tibi Minuciis illorum quartorum quos tu soltasti de fabis, et de hieros, et de arbegiis et de lino, et constituimus tibi solidatam per singulos annos sex modios tritici. Quod si forte (quod absit) de culpa furti, aut alterius infidelitatis quoad episcopatum nostrum pertineat, per testes idoneos probatus fueris, et claves et omnia perdas: si autem sine culpa expellere te voluerimus, egredieris liber cum subpignoratione illa quam soltaberas: quæ autem expenderas, non exiges. Huius rei testes sunt Didacus archidiaconus naxarensis. Sancius archidiaconus alavensis. Garsias de Armentia archipresbiter. Joannes magister per manum episcopi. Petrus Martini archipresbiter in Ibida. Lupus prepositus sancti Emiliani. Facta carta era millessima duocentesima undecima.

NOTA.

Esta escritura, utilísima para la historia del obispado de Calahorra, sirve aquí para la noticia que contiene de pueblos alaveses, cuyo estado antiguo me pertenece aclarar.

NUM. 150.

Fueros de los Arcos, villa de Navarra, dados por su rey don Sancho el Sabio *en abril de 1175.*

Archivo de la cámara de Comptos.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Ego Sancius, Dei gratia rex Navarræ, facio hanc cartam donationis, et confirmationis vobis omnibus populatoribus, infanzonibus, laboratoribus, et francis, tam præsentibus, quam futuris, qui in illo

meo castro de Los-Arcos, et in illo plano populatis, placuit mihi et spontanea voluntate, et propter amorem, quod vos populetis in prædicto castro, et plano; dono vobis, et concedo, ut numquam detis fornage, nec carrage domino qui super vos fuerit constitutus, nec etiam regi. Et si infanzon comparaverit de villano hereditatem, quam usque modo ibi comparavit, ut sit infanzona: et si villanus, vel francus comparaverit de infanzon, vel de quolibet alio, habeat illam infanzonam. Et illi qui de Sancto-Sole, vel de Torres, aut de Armananzas, vel de Eregortes, et de Villanova ibi venierint populare, tales habeant hereditates patrimonii sui, quales illas, quas in Los-Arcos comparaverint, et dono vobis illam sernam, quæ fuit episcopi Pampilone, de illa vinea de Martin Lopez usque ad illum paiarem de illa abbatia. Et per judicio aliquo non exeatis de villa vestra, et non habeatis forum de batalla, nec de ferro, nisi propter bobes...... sed cum una jura sit clausum judicium vestrum. Et totos heremos, qui sunt de Soto-Enneco Galindi usque ad Lodosam habeatis in terminis; et omnes aquas, et ligna, et herbas, qui sunt infra prædictos terminos habeatis liberas. Et non veniatis in hoste, nec in cabalgada nec ad litem campalem, nisi cum rege vel si rex fuerit in castello circatus. Si aliquis de vos percusserit suum proximum cum pugno, pectet decem solidos, et si occiderit illum, quingentos solidos: si arma acuta super eum traxerit, et non percusserit, sexaginta solidos; sed si eum vulneraverit, ducentos quinquaginta solidos: si sajonem occideritis, non pectetis, nisi centum solidos. Et si vicinus in vestras casas per forzam intraverit, et verberavitis illum, non pectetis, nisi tres meajas. Et in toto regno meo non detis herbaticum; et habeatis vestrum mercatum die mercurii; et qui pignoraverit eos, qui ad mercatum vestrum venerint, de die martis manè usque ad jovis per noctem, pectent mihi mille solidos. Omnes vero infanzones sic liberi debetis esse. Laboratores et franci persolvant mihi in unoquoque anno duodecim denarios ad festum sancti Michaelis. Hoc donativum dono et confirmo, sicut suprascriptum est, vobis et successoribus vestris, ut habeatis, et possideatis illud

salvum et liberum per infinita sæcula, salva mea fidelitate, et de omni mea posteritate per sæcula sæculorum, amen. Et insuper addo vobis, ut illi de Nacart, et de Jainis, qui mei sunt, veniant omnes populare vobiscum, et habeant tales fueros in hereditatibus, in omnibus rebus, et negotiis suis, quales vos habetis. Signum ✠ regis Sancii. Facta carta in Pampilona mense aprilis era millessima ducentesima decima tertia, regnante me Dei gratia rege Sancio in Navarra. Sub dominio meo episcopus Petrus in Pampilona. Petrus Roderici in Stella: Santius Remiri in Funes. Garsias Bermudez in Lucronio. Joannes Velas in Alava. Rodericus Martinez in Aram. Jordanus in Roda. Simon Almoravid in Pedralta. Enneco Almoravid in Sangosa. Garsias de Alvero in Tutela. Enneco de Oriz in Tafalla. Ego Fernandus Ariba jussu domini mei regis hanc cartam scripsi, et hoc signum feci ✠.

NOTAS.

1 Los fueros antecedentes cotejados con los que se verán mas adelante concedidos á pueblos vascongados, demuestran que no es necesario ser república independente para gozarlos; pues la villa de Los-Arcos no lo era, y los tuvo por concesion del rey de Navarra.

2 Confirma la escritura don Juan Velaz Ladron de Guevara como señor en Alava, porque se hallaba esta provincia entonces sujeta á la corona de Navarra como resulta de otras escrituras.

NUM. 151.

Donacion de la villa de Quintanilla por don Alfonso VIII de Castilla en favor del monasterio de Buxedo en agosto de 1175.

Archivo de Buxedo.

Quoniam inter cætera pietatis opera maximè commendatur eleemosina, idcirco ego Alfonsus Dei gratia rex Castellæ una cum uxore mea Aleonor regina pro animabus parentum meorum, et salute propria dono, et concedo Deo, et ecclesiæ sanctæ Mariæ de Buxedo, et vobis domno Sancio ejusdem abbati, et domino, vestrisque successoribus, et canonicis ibi degentibus præsentibus, atque futuris villam illam, quæ Quintanilla vocatur, sitam inter ipsum Buxetum, et Ameyugo, totam ex integro cum terris videlicet, et vineis, pascuis, pratis, rivis, molendinis, et cum ingressibus, et egressibus, et cum omnibus terminis, et pertinentiis suis jure hereditario habendam, et possidendam in perpetuum. Concedo etiam prænotato monasterio sanctæ Mariæ de Buxeto, et vobis abbati præfato, cæterisque successoribus semper habendum dono, ut omnes vestri ganados per omne regnum meum secura, et absque omni inquietatione, exactione, et montatico libera habeant pascua. Si quis vero hujus meæ donationis paginam in aliquo diminuere voluerit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et regiæ parti mille aureos persolvat, et hæc carta rata semper maneat. Facta carta era millessima ducentesima decima tertia, mense augusti: et ego rex Aldefonsus regnans in Castella, et Toleto, hanc cartam manu propria roboro, et confirmo. Cerebrunus toletanus archiepiscopus, et Hispaniarum primas confirmat. Petrus burgensis episcopus confirmat. Raimundus palentinus episcopus confirmat. Rodericus calagurritanus episcopus confirmat. Comes Nunio confirmat. Comes Petrus confirmat. Comes Gomez confirmat. Comes Ferrandus confirmat.

Comes Gundisalvus confirmat. Petrus Roderici confirmat. Diago Lopez confirmat. Lope de Mena confirmat. Lope Sanz confirmat. Petrus Ferrandez confirmat. Gársias de Escanno confirmat. Gutierre Pelaez merinus regis in Castella confirmat. Comes Gundisalvus de Marannone alferiz regis confirmat. Rodericus Gutierrez maiordomus curiæ regis confirmat. Petrus regis notàrius, Raimundo existente cancellario, scripsit ✠. Signum regis Aldefonsi.

NOTA.

Uno de los confirmantes de la escritura es don Diego Lopez de Haro, segundo del nombre, señor de Vizcaya, que seguia la corte de Castilla como la habia seguido su padre el conde don Lope Diaz.

NUM. 152.

Treguas por siete años, y compromiso entre los reyes don Alfonso VIII de Castilla y don Sancho VI de Navarra sobre la pertenencia y restitucion de Alava y otros distritos en 25 de agosto de 1176.

Rimer: Coleccion diplomática, tomo I.

Hoc est pactum et conventio, quæ facta fuit inter Aldefonsum regem Castellæ et Sancium regem Navarræ avunculum suum de quærelis videlicet, quas inter se habebant, ut pro iuditio regis Angliæ sibi satisfacerent. Ad hoc uterque regum quatuor castella in fidelitatem ponit, ut iudicium Enrici regis Angliæ filii Matildis imperatricis, soceri regis Adefonsi, accipiat et compleat, et per quem steterit quominus fiant, subscripta castella amittat. Rex vero Aldefonsus ponit in fidelitatem Nagaram, castellum christianorum, et Or castellum judeorum, et Arnedo castellum christianorum, et Cellorigo cas-

tellum Judæorum. Similiter Sancius rex Navarræ in hac fidelitate ponit Estellam castellum, quod Petrus Roderici tenet, et castellum Judæorum, et Funes, et Marannon. Et ad hoc nuntii utriusque regis sint ad præsentiam regis Angliæ in prima die præsentis quadragessimæ, quæ est caput ieiunii, ad hoc iudicium recipiendum. Et si forsitam nuncii cuiuslibet partis, morte vel infirmitate, vel captivitate in via sua detenti fuerint, præcedentes nuncii expectent eos usque triginta dies ultra diem præfixam in curia prænominati regis Angliæ, et qui sani remanserint, veniant ad curiam, ut accipiant iudicium. Et si omnes infirmi, vel capti, vel mortui fuerint, nihil rex, cuius fuerint, proinde ammittat. Et si omnes vel aliqui nuntiorum aliqua harum trium occassionum non fuerint detenti, et ad diem statutum ante regem Angliæ non venerint, rex cuius nuncii fuerint, hæc prædicta castella ammittat, et hoc per bonam fidem, et sine malo ingenio. Et si fortè (quod absit) rex Angliæ interim mortuus fuerit, hoc eodem prædicto modo nuncii isti ad regem Francorum ad hoc iudicium recipiendum pergant, et per eum sicut per regem Angliæ hoc iudicium recipiant, et compleant. Sancius igitur rex Navarræ hæc tria castella per militem et per portatorium suum recipiat et donet Nagaram et Cellorigo Petro Roderici filio comitis Roderici; et donet Arnedo Didaco Semenez; et ipsi faciant sibi hominium de eis. Similitèr Aldefonsus rex Castellæ hæc quatuor castella per militem, et per portatorium suum recipiat, et donet Estellam Roderico de Azagra, et Funes Sancio Ramiri, et Marannon Roderico Martini, et ipsi faciant sibi hominium de eis. Et si aliquis regum istorum hæc prædicta castella militibus ea tenentibus auferre voluerit, et alteri dare, donet illa Sancius rex Navarræ Petro Roderici, vel Garsie Bermudi, vel Sancio Ramiri, vel Joanni Velez, vel Roderico Martini, vel Enneco Almorabid, vel Sancio Almorabid, vel Enneco de Oriz, vel Petro Ramiri, vel Garsie de Oriz, vel Petro de Oriz. Similitèr rex Aldefonsus Castellæ donet illa comiti Nunno, vel comiti Petro, vel comiti Gondisalvo, vel comiti Gomez, vel Roderico Guterri, vel Petro de Arazuri, vel

Didaco Semeni, vel Gondisalvo Garsia, vel Ordonio Garsia, vel Garsie Roderici de Azagra. Sed ipsi, qui tenentes fuerint, non donent hæc prædicta castella, donec illi qui recipere ea debuerint, faciant hominium de illis alteri regi, sicut supradictum est. Et in toto quantum rex Aldefonsus tenet de rege Navarræ, melioret cum suo proprio ære, quantum voluerit et potuerit. Similitèr rex Sancius Navarræ melioret cum suo proprio ære, quantum voluerit et potuerit in totum quanto tenet de rege Aldefonso. Et ad hoc iudicium audiendum isti reges quatuor fideles elegerunt, videlicet Joannem episcopum tirasonensem, et Petrum de Aretis, et Ar de Torrella, et Guterium Petri de Reinoso, ut de istis duo, vel tres, vel omnes cum nunciis ad curiam regis Angliæ pergant, et querimonias utriusque regis ante eum exponant, et auditis quærellis ante quos rex Angliæ causam suam primum dicere mandaverit, dicant. Et per verbum horum fidelium, qui hoc iudicium a rege Angliæ audierint, uterque regum supradictam conventionem, prout in hac carta continetur, attendant et compleant. Et milites qui de prædictis castellis hominium fecerunt, secundum dictum horum fidelium hoc pactum præfatum regibus attendant et compleant per bonam fidem et sine malo ingenio. Insuper vero ambo reges prædicti, unusquisque per fidem suam firmaverunt, et statuerunt treguas bonas et salvas, de hominibus, et castellis, et terris, et de omnibus aliis rebus usque ad septem annos, et ut firmitèr teneantur, Sancius rex Navarræ ponit Ergam in fidelitate, et rex Aldefonsus ponit Calagurrim. Et si exercitus cuiuslibet horum regum cum eo vel sine eo regnum alterius intraverit, ille, qui hoc fecerit, prædictum castrum perdat. Et si fortè aliquis vasallus horum regum infra istas treguas in regno alterius vi vel furto castellum acceperit, rex, cuius ille vasallus fuerit, infra quadraginta dies suum castellum alteri regi reddat; quod si non fecerit, miles ille, qui castrum, quod in fidelitate possitum est, tenuerit, regi conquærenti prædictum castrum donet, et teneat illud in pignore, donec suum castellum recuperet. Et si aliquis horum regnorum, qui non sit vasallus istorum regum aliquo casu in regno alterius castel-

lum acceperit, ambo reges cum gente sua super eum veniant, et obsideant, et donec sit captum, de eo non recedant. Statuerunt etiam, ut omnes vasalli utriusque regis, qui ex quo ista guerra incæpit, hereditates amisserunt, eas ex integro recuperent, sicut erant tenentes die qua ea perdiderunt, et pro malè facto vel iudicio quod hactenus fecissent, eas non perdant, nec infra istos septem annos pro aliqua querimonia ulli respondeant. Et si deinceps de novo querimonia aliqua, vel iudicium inter eos ortum fuerit, ad medianetum veniant, et secundum quod ibi iudicatum fuerit, sibi satisfaciant. Et omnes homines utriusque regis securi de regno ad regnum eant, et reddeant, exceptis notis homicidis. Et si aliquis istorum regum hereditates, sicut supradictum est, reddere nolluerit, prædictum castrum alteri regi reddat, et teneat illud in pignore, donec hereditates, et totum quantum ex illis exierit, recuperet. Et omnes vasalli utriusque regis sint infra istas treguas cum hominibus, castellis, et hereditatibus, et etiam cum omnibus aliis rebus, quas habuerint in qualicumque terra fuerint. Et hæc omnia supradicta teneantur et serventur per bonam fidem, et sine malo ingenio. Et rex Aldefonsus Aragoniæ sit in istis treguis, si ei placuerit, et si fortè sibi non placuerit in illis esse, tamen treguæ, ut supradictum est, firmitèr inter nos reges præfatos teneantur. Facta carta inter Naxaram et Lucronium era millessima ducentessima decima quarta, octavo calendas septembris.

NOTA.

Esta escritura de compromiso y treguas con rehenes sirve unida con otras del año inmediato para saber que Alava, Vizcaya y Guipúzcoa eran el teatro y el objeto de las guerras entre Castilla y Navarra, sin sonar para nada jamas ninguna de las tres provincias en concepto de repúblicas.

NUM. 153.

Carta del venerable Pedro Blesense, arcediano de Londres, al rey de Inglaterra Henrique II año de 1177, en que dice haber llegado los embaxadores de Castilla y Navarra para oir sentencia del compromiso sobre la pertenencia de varios territorios.

Rimer: Coleccion diplomática inglesa, tomo I.

Diu quæsivi et non inveni quem desiderat anima mea. Diu vos insecutus, sed non assecutus sum. Vanæ namque voces populi de viis vestris variè sentientes, dum pes meus stetit in via recta, me invium retorserunt. Salomon equidem dicit tria investigabilia esse, et quartum penitus inveniri non posse, viam aquilæ in cœlo, viam navis in mare, viam colubris super terram, viam viri in adolescentia sua. Ego quintum possum adjicere; viam regis in Anglia. Cucurri, domine, hactenus in incertum, et adhuc ignoro, quo veniam, aut quo vadam: fatigatus enim ab itinere, insuper et arreptus apud Neuportum, dissenteria gravi cursores diversos vestrorum exploratores itinerum ante faciem meam circumquaque præmissi. Mandetis igitur ubi et qua die inveniri possitis, benignissime princeps, ut curram in via mandatorum vestrorum, et sit lucerna pedibus meis verbum tuum. Cum enim reipublicæ intersit injuncta mihi negotia tempestius expediri, non parcam corpori misero et aflicto, donec desideratissimam faciem vestram conspiciam. Tu vero dirige in conspectu tuo, domine, viam meam. Nuncii vestri a romana curia reddierunt, exonerati quidem argento, onerati plumbo, non multum indumentis aut evectionibus onerati. Applicuerunt præterea in magno comitatu nuncii regum Hispaniæ deferentes ad vos illam antiquam, et utinam antiquatam, regnorum controversiam, quæ tot civitatum traxit in exterminium et ruinam. Benedictus autem Deus;

nam sicut regina Austri venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, sic hodiè remotissimi reges in hac querela gravi et inexplicabili vestro juditio se submitunt postulantes instantiùs ut quæstio tam nodosa sub vestræ discretionis examine resolvatur. Bene valeat charissimus dominus meus, diuque ac felicitèr vivat, et regnet.

NOTA.

La carta que antecede no tiene fecha; pero se supone ser del año de mil ciento setenta y siete, porque la escritura de compromiso de los reyes de Castilla y Navarra, otorgada en veinte y cinco de agosto de mil ciento setenta y seis, dice que los embaxadores habian de estar en la corte de Inglaterra para el primer dia de la próxîma quaresma. No hubo embaxadores de Alava, Guipúzcoa y Vizcaya, porque no eran repúblicas soberanas independentes, sino territorios sobre cuya pertenencia batallaban los monarcas.

NUM. 154.

Peticion de los embaxadores del rey de Castilla don Alfonso VIII contra el de Navarra don Sancho VII el Sabio *ante el de Inglaterra don Henrique II en la primavera del año de 1177 sobre la pertenencia de varios territorios de Rioja, Alava, Guipúzcoa, Vizcaya y otros.*

Rimer: Coleccion diplomática inglesa, tomo I.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, amen. In nomine domini, rex Aldefonsus Castellæ et Toleti conquæritur, et petit a rege Sancio Navarræ, avunculo suo, sibi fieri

restitutionem de Lucronio et de Alava cum suis mercatis, scilicet de Estivaliz, et de Divina, et cum omni jure suo de terra quæ dicitur Durango. Quæ omnia rex Aldefonsus bonæ memoriæ, qui Toletum de potestate sarracenorum liberavit, jure hereditario possedit, et post mortem ejus filia ejus regina Urraca simili jure possedit; qua mortua filius ejus imperator Aldefonsus bonæ memoriæ similitèr jure hereditario possedit; et post mortem imperatoris rex Sancius filius ejus sine placito jure hereditario possedit; et post mortem regis Sancii filius ejus dominus noster rex Aldefonsus similitèr prædicta omnia jure hereditario possedit, quousque hæc omnia jam dictus rex Navarræ prædicto regi Castellæ nepoti suo horfano, pupilo, et inocenti, filio amici et domini sui, et non de his requisito, abstulit, et violentèr detinet. Conqueritur etiam, et petit restitutionem sibi fieri a prænominato rege Navarræ de Roa, quam injustè detinet. Imperator enim adquisivit eam a rege sarracenorum, qui dicebatur Zafadola, et dimissit eam filio suo regi Sancio, qui eam post mortem imperatoris toto tempore vitæ suæ in pace possedit. Quo mortuo dominus meus rex Aldefonsus filius ejus jure hereditario in pace possedit, quousque Sancius Ramirez de Pedrola eam ammissit, qui tenebat eam secundum consuetudinem Hispaniæ de manu Petri Oriz, qui Petrus Oriz tenebat eam secundum eandem consuetudinem a domino nostro rege Aldefonso. Petit etiam fructus quos percepit sæpe dictus rex Navarræ de Logronio et omnibus aliis prænominatis a tempore invassionis; et damna quæ intulit terræ ejus, eam depredando et comburendo, quorum omnium summam æstimamus centum milia marcarum auri. Præterea petit Pontem reginæ et Sangosa, et tota terra quæ est ab his duabus villis usque ad flumen Iberi, quam terram bonæ memoriæ rex Aldefonsus avus imperatoris habuit et in pace possedit, et per eum secundum consuetudinem Hispaniæ consanguineus ejus rex Sancius aragonensis; et eo mortuo filius ejus rex Petrus; et post mortem regis Petri, frater ejus rex Ildefonsus aragonensis similiter sicut consanguinei et amici tenuerunt. Petit etiam medietatem Tudelæ ex causa maternæ suc-

cessionis, quam comes d'Alperehe donavit reginæ Margaritæ sobrinæ suæ, quæ uxor fuit regis Garsiæ, et avia ejusdem regis Aldefonsi, cum jam dicta Tudela nullo modo pertineat ad Navarram.

NOTAS.

1 Esta peticion refiere unos hechos que consideró el rey de Inglaterra como ciertos, segun veremos en su sentencia, fundado en que no los negaron los embaxadores de Navarra, sino que introduxeron sus pretensiones por diferente rumbo, como advertiremos en su peticion.

2 Resulta pues que don Alfonso VI de Castilla en el año de mil setenta y seis, por muerte de don Sancho V *el de Peñalen*, ocupó todos los territorios que habia desde su frontera castellana hasta la montaña de Navarra en Puentelareyna y Sangüesa. Que despues cedió á don Sancho Ramirez de Aragon toda la ribera de Navarra entre la cordillera de montes seguida de Puentelareyna á Sangüesa y el rio Ebro, con la calidad de feudo y vasallage que le prestaron dicho don Sancho Ramirez, su hijo don Pedro I, y aun el otro hijo don Alfonso I *el Batallador*.

3 Que desde entonces don Alfonso VI, alegando derecho hereditario a todo lo referido supuesta la muerte de don Sancho V *el de Peñalen*, poseyó la Rioja occidental al Ebro, la Alava, Guipúzcoa, Vizcaya, y quanto hay hasta Montes de Oca y su cordillera, cuya especie se confirma con la escritura de confederacion del año de mil ciento y quarenta, que dexamos publicada en el número 114, y con la

peticion de los embaxadores del rey de Navarra, que pondremos en seguida de la presente.

4 Que doña Urraca de Castilla poseyó por derecho hereditario la Alava con sus plazas de armas de Estivaliz y Divina, y la tierra de Durango: que despues poseyó tambien todo don Alfonso VII de Castilla *el Emperador*: que por su muerte tuvo igual posesion don Sancho III de Castilla; y por la de este, su hijo don Alfonso VIII, hasta que se la quitó don Sancho VII de Navarra su tio.

5 Estos hechos no podian ser ciertos si hubiera una república libre, independente, soberana en Alava, y otra en Vizcaya, porque la tierra de Alava y la de Durango no serian materia de guerras ni de compromisos: no las hubieran poseido los citados reyes castellanos, ni las poseeria el navarro en virtud de invasion contra Castilla.

6 Eran territorios de señorío particular sujetos á la soberanía como uno de tantos integrantes de la corona, y por eso estaban pasivos en estas disputas sin intervencion activa para nada, cayera en quien cayese la sentencia de tenerlos por vasallos.

NUM. 155.

Peticion que los embaxadores del rey de Navarra don Sancho el Sabio *presentaron ante el de Inglaterra Henrique* II *contra el de Castilla Alfonso* VIII *en la quaresma del año de 1177, á conseqüencia del compromiso hecho en agosto de 1176.*

Rimer: Coleccion diplomática inglesa, tomo I. = Pulgar: Hist. de Palencia, tomo II. = Mondejar: Memorias de don Alfonso VIII, en los apéndices.

Petit Sancius rex Navarræ Cutelio : Monasterium; Montem de Oca, Vallem sancti Vincentii, Vallem de Oliacastro, Cincovillas, Montemnigrum, Serraalba usque Agredam. Hæc omnia repetit, et quidquid est infra hoc versus Navarram; et istius terræ petit universos redditus a tempore quo obiit rex Sancius de Pennalem. Hæc omnia ad regnum suum spectantia possedit et habuit in pace et quiete abavus hujus regis Sancii, Garsias scilicet, rex Navarræ et Naxeræ; et proavus ejus per violentiam fuit expulsus ab hoc regno propter imbecilitatem suam per Aldefonsum regem Castellæ, consanguineum suum. Procedente autem tempore rex Garsias nepos ejus, et pater hujus regis Sancii inclitæ memoriæ, divina voluntate, et fide naturalium hominum suorum recuperavit regnum suum, licet non integrum; et quod restat, adhuc petit filius ejus Sancius nunc rex Navarræ. Præterea petit hæc, quæ imperator abstulit regi Garsiæ patri suo per vim, scilicet Naxeram; castellum christianorum et judæorum, Grannon, Pancorvo, Belforato, Cereso, Monasterium, Cellorigo, Bilibio, Mentrida, Veguera, Clavijo, Berbio, Lantaron; hæc autem repetit, et sibi restitui postulat, quia pater suus rex Garsias jure hereditario ea possidebat, et imperator sibi abstulit. Conqueritur etiam de Belforato, quod imperator reddiderat regi Garsiæ patri suo, et

eo mortuo idem imperator abstulit illud Sancio, nunc regi Navarræ, tunc habenti, et in pace possidenti, tanquam suam propriam hereditatem. Præterea petit sibi restitui ab Aldefonso rege Castellæ possesionem castrorum novissimè sibi ablatorum cum fructibus inde perceptis, et quidquid habiturum esset, si non esset inde ejectus. Sunt autem nomina castellorum hæc: Kel, Ocon, Pazuengos, Grannon, Cereso, Valhorcanes, Trepeana, Muriel, Ameihugo, Najara, Miranda, Sancta Agatha, Salinas, Portella, Malvecin, Leguin, et Castrum, quod tenet Godin. Hæc autem petit hac ratione, quia habuit et possedit pro suo, et sine ordine juditiario ejectus est. Et idcirco quærela sua debet precedere, quia ultima est violencia, et prius debet purgari, et etiam altera pars a jure suo cecidit, si quod habuit. Ad hoc Sancius rex Navarræ de juræ suo confidens hanc infrascriptam conventionem proponit, quod tale est.

Convencion ó pacto del año de 1167.

Placuit utrique regum ut fieret pax et concordia inter eos per decem annos, et facta est, et placuit ut hoc iuramento firmarent, et iurarent ipsi et barones utriusque super altare et super quatuor evangelia, ut tenerent prædictam concordiam, et treguas per fidem, et sine malo ingenio, et sine fraude per decem annos, et istæ treguæ factæ sunt de corporibus, et pecoribus, et facultatibus, et castellis per fidem et sine fraude et malo ingenio. Et si aliquis regum vel baronum istas treguas fregerit, et infra sexaginta dies clamorem factum non emendaverit, sit periurus et alevosus. Facta carta era millessima ducentesima decima quinta, mense octobris.

Prosigue ahora la peticion del año de 1177.

Quod autem sequenti festivitate sancti Martini usque ad decem annos sit terminus treguarum et quod infra decem annos scriptæ conventionis sit læsus, constat et conquiritur: est autem lesus infra decem annos illos in ablatione istorum castellorum,

Kel, Leguin, Malvecin, Portella. Praeterea petit rex Navarrae sibi restitui a rege Castellae usque ad sumam centum milia marcarum argenti, rege Sancio hodie in Navarra regnante satisfactionem regi Aldefonso offerente de omnibus quaerellis suis secundum arbitrium baronum utriusque regni, vel serenissimi regis Angliae. Et confidenter dicimus, quoniam ista, et his similia, infra talem conventionem et tales treguas perpetrata, debent primum restitui antequam ad alium causa perveniat articulum; quoniam hoc habet lex; hoc habet consuetudo; hoc habet canon; hoc habent omnia iura. Haec quae dicta sunt, manifesta sunt litera, sed clarius et copiosius manifesta dabuntur lingua.

NOTAS.

1 Por esta peticion consta que el rey de Navarra pretendia pertenecerle la soberanía de Cueto de Astúrias de Santillana, Monasterio, el monte de Oca, y todo quanto hay desde esta cordillera hácia Navarra como propio suyo, poseido por el rey don Sancho v *de Peñalen*, su tercer abuelo, y quitado al infante don Ramiro su bisabuelo por el rey de Castilla don Alfonso vi en el año de mil setenta y seis; y ninguno duda que entre la línea y la Navarra estan Alava, Guipúzcoa y Vizcaya; con lo qual nos dexó testimonio de que no eran repúblicas independentes.

2 Asimismo hace peticion particular de la plaza de Malvecin, como conquistada modernamente por don Alfonso viii; y habiendo estado Malvecin donde hoy Marzana en tierra de Durango, segun dicen los escritores vizcainos, se sigue que don Alfonso de Castilla tenia la soberanía del pais occidental á Durango, que es Vizcaya.

NUM. 156.

Sentencia compromisaria del rey de Inglaterra Henrique II en las contiendas que tenian el rey de Castilla don Alfonso VIII, y el de Navarra don Sancho VII el Sabio *sobre Alava, tierra de Durango, y otros distritos, año de 1177.*

Rimer: Coleccion diplomática inglesa, tomo I.

Henricus Dei gratia rex Angliæ, dux Normandiæ et Aquitaniæ, et comes Andegavensis, charissimis amicis suis Aldefonso, regi Castellæ, et Santio, regi Navarræ, salutem. Sicut ex litterarum vestrarum tenore, et fidelium vestrorum Joannis episcopi tirasonensis, Petri de Areis, Guteri Petri de Reinoso, et relatione nuntiorum vestrorum episcopi palentini, comitis Gomez, Lupi Diaz, comitis Lupi Garsiæ, Garsiæ Bermudi, Garsiæ Garsiæ, Petri Petri, Guteri Fernandez, episcopi pampilonensis, senior Ramiri Espagnol de Tarazona, Petri Ramiri, et Azenari de Chalez assertione cognovimus, placuit utrique vestrum quærimonias inter vos habitas super quibusdam castellis, et terris cum earumdem terminis, et pertinentiis juditio nostro terminari. Nos vero fidelibus, et nuntiis vestris ea, qua decuit, veneratione susceptis, pacem inter vos honori Dei, et totæ christianitati plurimum profuturam attendentes, divinæ pietatis, et communis utilitatis intuitu, negotium hoc in nos suscepimus. Fidelibus itaque a vobis communitèr electis, et procuratoribus, et advocatis causarum vestrarum in præsentia nostra, et episcoporum, et comitum, et baronum nostrorum constitutis, petitiones, et allegationes utriusque partis diligentèr audivimus, et intelleximus. Proponebant siquidem hi, quibus causa Aldefonsi, regis Castellæ, commissa fuit, Santium, regem Navarræ, memorato regi Castellæ, dum adhuc pupillus esset, et horfanus, castella, et terras,

scilicet, Locronium, Navarrete, Antrena, Abtol, Agusejo cum omnibus terminis, et pertinentiis suis, quæ pater suus die, qua decessit, et ipse post aliquos annos, quietè possederat, injustè, et violentèr abstulisse; unde et eorum sibi fieri restitutionem postulabant. Illi vero, quibus causa Santii regis Navarræ commissa fuerat, nihil eorum, quæ ab illis propossita fuerant, contradicentes, asserebant Aldefonsum præfatum, regem Castellæ, Santio prænominato, regi Navarræ, castella, scilicet Leguin, Portella, et castellum, quod tenet Godin, per guerram, et injustè, abstulisse; et (parte altera in nullo contradicente) sibi fieri restitutionem pari petebant instantia. Præterea in scripto vestro continebatur communes vos treguas inter vos usque ad septenium fide interpossita firmasse, et hoc ipsum nuncii vestri in jure palàm sunt protestati. Habito igitur cum episcopis, comitibus, et baronibus nostris cum deliberatione consilio, pacem inter vos ad fidem christianorum propagandam, et ad inimicorum Christi confusionem, necessariam fore considerantes, plenam etiam, tam ex scriptis vestris, quam nuntiorum assertionibus, fidutiam accipientes, quod in pace firmanda, et observanda, consilio nostro, et præcepto parebitis, ante judicii pronuntiationem super præscriptis quærellis, et treguis, mandamus vobis per nuntios vestros, et consulimus, et præcipimus, et adhuc etiam præsenti scripto mandamus, ut pacem inter vos firmetis, et in perpetuum fidelitèr observetis. Super quærellis vero prætaxatis, et castellis cum omnibus terris, et pertinenciis, hinc inde violenter, et injustè ablatis, cum nihil contra violentiam utrique objectam a parte alterutra alteri respondeatur; nec quidquam quominus restitutiones, quas petebant, faciendæ essent allegaretur, plenariam utrique parti supradictorum, que in jure petita erant, fieri restitutionem adjudicavimus. Adjunximus etiam ex juditio treguas præfatas inter vos, ut prædictum est, fide firmatas, sicut et scripto vestro, et nuntiorum vestrorum publica confessione, in jure facta, nobis constitit, usque ad constitutum inter vos terminum inviolabilitèr observandas. Volumus etiam, et præcipimus pro bono pacis, ut rex Aldefonsus, dilectus filius nos-

ter, donet Santio, regi Navarræ, avunculo suo, singulis annis usque ad decennium tria millia maravetinorum ad tres terminos in anno Burgis recipienda, scilicet, ad quatuor primorum mensium post prædictam restitutionem utrinque factam mille maravetinorum, ita ut singulis decem annis, sequentibus prædictam restitutionem, solvantur tria millia maravetinorum ad eosdem terminos, et in loco prænominato, Santio regi Navarræ. Præterea nuncii utriusque vestrum juraverunt ante sententiæ pronuntiationem vos prædictum juditium nostrum, tam de restitutionibus, quam de treguis firmiter observaturos, et nisi feceritis, quod corpora sua reddent in manum nostram, et potestatem. Testibus his: Ricardo archiepiscopo cantuariensi: Hugone dunamensi episcopo: Gaufrido eliensi episcopo: Rogerio wirgomiensi episcopo: Guiberto lundonensi episcopo: Waltero rofendiensi episcopo: Reginaldo bathoniensi episcopo: Joanne norvincensi episcopo: Roberto herefordiensi episcopo:.... episcopo de sancto Davit Waliæ; et Adam episcopo de santo Asaf, et episcopo de Batgor: et Christiano episcopo Candidæ Cassæ de Galitzia: Gaufrido filio regis, comite Britaniæ, et Willelmo, comite Abbernarliæ: et Roberto, comite Leircestriæ: et Willelmo de Mandevilla, comite de Exera: et Willelmo, comite Glaucestriæ: et Willelmo de Arandel, comite Sutxerre, et comite Cestriæ, et comite de Ferreris. Et de baronibus Angliæ: Ricardus de Luci: et Willelmus de Vesci: Odenello de Dumfravilla: Roberto de Vall.... Rogero de Mumbrai: Roberto de Statevilla: Philippo de Chimia: Rogerio Bigot; et aliis quam pluribus, tam clericis, quam laicis de regno Angliæ.

NOTAS.

1 Esta sentencia no tiene fecha; pero Tomas Rimer, que formó la coleccion diplomática inglesa con presencia de los archivos reales de Inglaterra, colocó esta escritura entre las del año de mil ciento

setenta y siete, y corresponde bien este concepto con los demas instrumentos del asunto.

2 Las peticiones de los reyes de Castilla y Navarra, que dexamos copiadas en los números antecedentes, no solo trataban de las restituciones de lo modernamente quitado, sino del juicio de propiedad sobre todo el territorio que don Alfonso VI habia tomado de la corona de Navarra en el año de mil setenta y seis; pero el rey de Inglaterra se limitó á sentenciar el juicio posesorio de restitucion, y el de la observancia de treguas por siete años, conforme á lo pactado en el compromiso de mil ciento setenta y seis.

3 Es digno de notarse, que afirma el rey de Inglaterra no haber negado ni contradicho ninguna de las partes los hechos expuestos por la otra, pues esto es un testimonio de la verdad con que cada una de ellas procedia segun era propio de sus altas circunstancias; y con efecto cada monarca fundaba sus pretensiones en distintos principios: el castellano en las conquistas de Alfonso VI, año de mil setenta y seis, autorizadas por el consentimiento y tratados de los reyes de Navarra don Sancho Ramirez, don Pedro I de Aragon, don Alfonso *el Batallador*, don García Ramirez *el Restaurador*, y por el mismo don Sancho *el Sabio*. Este por el contrario se fundaba en que las conquistas del castellano en mil setenta y seis habian sido usurpacion: que el consentimiento de don Sancho Ramirez, don Pedro I y don Alfonso *el Batallador* nada servia, pues siendo reyes de Aragon, solo habian tenido la Navarra por igual usurpacion; y que el de don García

Ramirez, y del mismo don Sancho *el Sabio*, jamas habia sido libre sino solo efecto de su inferioridad de fuerzas. Ninguno citó para nada las repúblicas imaginarias del pais vascongado, sin embargo que trataban de la pertenencia de la soberanía de sus pueblos y fortalezas.

NUM. 157.

Donacion de una serna sita en la Recueja de Rincon del Soto, hecha por el concejo de Calahorra en favor de don García Zapata, y de doña Sancha su muger, en 30 de mayo de 1178.

Archivo de la catedral de Calahorra.

In Christi nomine et ejus gratia. Nos calagurritanus populus, tam majores, quam minores pari assensu, bona et communi omnium voluntate, damus, et concedimus tibi Garcia Zapata, et uxori tuæ domna Sancia quandam sernam in illa Recoisa de Rincon a Soto, ut habeatis et possideatis eam jure hereditario vos et omnis posteritas vestra per sæcula cuncta, donandi, cambiandi, et vendendi soluta licentia. Terminatur prædicta ista serna ab una parte serna de Maria de Lehet, quæ fuit de Lope Enneguez; ab alia parte el quiñon mediano de Calahorra; ab alia vero el Cannozar. Si nos itaque, (quod absit) vel aliquis alius hanc nostram voluntariam donationem infringere tentaverit, perpetuæ subjaceat maledictioni, et insuper pro temerario ausu centum moravetinos persolvat regiæ parti; vobisque prædictam sernam ad suum limitem in duplum componat. Sunt istius donationis testes et apoderatores Joannes Camares, et Petro Joannes, et Petro Zahet tunc temporis alcaldes, et de aliis Joannes Gualit, Michael yerno de Dominico Sebastian, Petro Saenz de la Moza, Marco de Petro Pedrez, Petro de Maria el Calvo, Dominico de

domna Munia, Petro de Almocher, Petro Calvo, Dominico Sancho minor; et Petro Zaet del Burgo, et tres andadores, qui tunc temporis erant, videlicet, Guillen de Barrio sancti Christophori; et Gomez de Lopones de Mediavilla; et Fortunio de Garcia Lopez, de Barrio sancti Andreæ; et insuper toto concilio de Calagurra, qui cum istis venerunt voce præconis in Rencon a Soto, et fuerunt datores et apoderatores de ista serna. Facta carta et roborata tertio kalendas junii sub era millessima duocentesima decima sexta. Regnante rege Aldefonso in Castella, et in Toleto, in Conca, et in Sancto Facundo, et in Burgis. Sub eo dominante Calagurra Petro de Arazuri, alcalde; Petro Zapata, adelantado: Lope filio de Pascal d' Araciel sajon; Petro Gascon loripes.

NOTA.

Esta escritura es la memoria mas antigua que tengo leida sobre la exîstencia de la villa de Rincon del Soto mi patria, donde aun permanecen un pago con el nombre de la *Recueja*, y otro con el de los *Quiñones*; pero es verosímil que ya exîstiera el pueblo en mil ciento quarenta, pues las señas del otorgamiento del tratado de paces de aquel año entre Castilla y Navarra, se verifican en Rincon del Soto. Don García Zapata, citado en esta escritura, tuvo el señorío honorario de Calahorra, Arnedo, Quel, Prexano, y otros pueblos de la comarca, en la qual subsisten muchas ramas de su familia con el mismo apellido. Yo tengo el honor de descender de él por hembra; y por varonía el señor don Santiago Zapata, alcalde del crímen de la real chancillería de Valladolid, natural de Calahorra.

NUM. 158.

Tratado definitivo de paces entre don Alfonso VIII de Castilla y don Sancho VII de Navarra en 15 de abril del año de 1179.

Rimer: Coleccion diplomática inglesa, tomo I.

De pacto et amicitia, quod Aldefonsus, rex Castellæ, et Sancius, rex Navarræ, fecerunt super Alava, et cætera Castella. In nomine omnipotentis Dei, et ejus divina clementia. Hoc est pactum, et amicitia, quam rex Aldefonsus Castellæ, et Sancius rex Navarræ fecerunt. Sancius, rex Navarræ dedit Aldefonso, regi Castellæ, Lucronium, Antelenam, Navarret, Agusejo, Abtol, et Resam; et Aldefonsus, rex Castellæ, missit Lucronium, et jam dicta castella in fidelitate in manu Petri Rodrici de Azagra, vel Martini Rodrici de Azagra, vel Martini Guillelmi vasallorum Aldefonsi, regis Castellæ, ut teneat illa quislibet illorum trium in fidelitate usque ad decem annos, et serviat Aldefonso, regi Castellæ, cum omnibus illis, et cum omnibus redditibus, quicumque ex illis exierint: et non det illa Aldefonso, regi Castellæ, usque ad decem annos, nisi cum mandato Sancii, regis Navarræ; et Lucronium, et jam dicta Castella teneat per Aldefonsum, regem Castellæ, primitùs quislibet dictorum trium militum, quem rex Navarræ elegerit; et postea teneat illa eadem quislibet dictorum trium militum quem rex Castellæ elegerit. Et cuilibet horum rex Aldefonsus Castellæ mandare voluerit, ut teneat Lucronium, et jam dicta castra, ille cui mandare volet, prius vadat ad regem Navarræ, et faciat eidem hominium, et pactum, quale primus miles fecit, qui antea tenuit illa: et miles tenens castra non det ea antea, quousque ille, qui ea debet recipere per mandatum regis Castellæ, faciat regi Navarræ hominium, sicut factum fuit a primo milite. Et si isti tres dicti milites, vel duo illorum obierint, aut se ab Aldefonso, rege Cas-

tellæ separaverint, quod non sint ejus vasalli, Sancius, rex Navarræ, eligat qualemcúmque voluerit, qui sit vasallus regis Castellæ, et naturalis de Navarra, et mandet ei dare Lucronium, et jam dicta castella faciendo prius regi Navarræ hominium, sicut fecit qui prius ea tenuit; et postea rex Castellæ mandet ei dare sæpedicta castella; veruntamen si Aldefonsus, rex Castellæ, faciet exercitum in terra regis Sancii Navarræ, vel faciet malum eidem, aut ejus castellum capiet, aut terram ejus forzabit, miles, qui tenens erit supra dicta castella, det ea regi Navarræ, et miles ob hoc non valeat minus. Et si exercitus de Extrematura regis Castellæ intraverit cum rege Castellæ, vel sine eo, in terram regis Navarræ, vel faciet malum eidem; propter hoc rex Castellæ perdat prædicta castra, et reddat regi Navarræ. Item si quis nobilium regis Castellæ per se, vel cum alio, intraverit cum exercitu in terram regis Sancii, perdat hereditates, et honores, quos a rege Castellæ tenens erit, et amorem ejusdem, et non recuperet hos, nec amorem regis Castellæ, nisi cum voluntate regis Navarræ. Et si fortè malefactor habebit castrum, vel castra, de quibus rex Castellæ nequeat eum exeredare, dicti reges militent super illum, et juvent se ad invicem ad capienda castra, per bonam fidem, et sine enganno. Cæterum si, ut jam supradictum est, hoc facere nollet rex Castellæ; miles tenens dicta castra, det ea regi Navarræ, et miles ob hoc non valeat minus. Item si milites de regno regis Castellæ veniunt per se, vel cum aliis, cum exercitu in terram regis Navarræ, exeredentur, et a regno ejiciantur, et rex Castellæ emendet damnum regi Navarræ illatum. Similitèr si Sancius, rex Navarræ, faciet exercitum in terram regis Aldefonsi Castellæ, vel faciet malum eidem, aut ejus castellum capiat, aut terram ejus forzabit, miles qui tenens erit supradicta castella, det ea regi Castellæ, et miles ob hoc minus non valeat. Item si quis nobilium regis Navarræ per se, vel cum alio, intraverit cum exercitu in terram regis Aldefonsi Castellæ, perdat hereditates, et honores, qûos a rege Navarræ tenens erit, et amorem ejusdem, et non recuperet hos, nec amorem re-

gis Navarræ, nisi cum voluntate regis Castellæ. Et si forte malefactor habebit castrum, vel castra, de quibus rex Navarræ eum nequeat exeredare, dicti reges militent super eum, et juvent se ad invicem ad capienda castra per bonam fidem et sine enganno. Cæterum si, ut jam supradictum est, hoc nollet facere rex, Navarræ, miles qui tenens erit supradicta castra det ea regi Castellæ, et miles ob hoc non valeat minus. Item si miles de regno regis Navarræ per se, vel cum alio, vel cum exercitu, in terram regis Castellæ veniunt, exeredentur et a regno ejiciantur; et rex Navarræ emmendet damnum regi Castellæ illatum. Præterea si Aldefonsus, rex Castellæ, in istis decem prænominatis annis obierit, et filius vel filia de uxore legitima ei superstes non erit, Lucronium, et jam dicta castella, dentur regi Navarræ, vel filio ejusdem, futuro regi Navarræ, jure hereditario possidenda. Veruntamen de istis decem annis prænominatis in antea, miles qui tenens erit Lucronium et jam dicta castra, det illa quieta, et libera, et solta Aldefonso regi Castellæ, perfaciens suam voluntatem irato et pacato. Et insuper Aldefonsus, rex Castellæ, fecit pactum Sancio regi Navarræ, quod si de decem annis in antea Aldefonsus rex Castellæ obierit sine filio vel filia ei superstite de uxore legitima, det Lucronium et jam dicta castra regi Sancio Navarræ. Ego itaque Aldefonsus, rex Castellæ, per bonam fidem, et sine enganno, assecuro et affirmo istis militibus qui tenebunt Lucronium et dicta castra, quod neque per me, neque per meum consilium, auferam illa, nec furer, nec furari faciam, et quod nullo modo dictos milites de Lucronio et dictis castris desapoderem. Ego quoque rex Sancius Navarræ per bonam fidem, et sine enganno, simili modo assecuro, et affirmo eis qui tenebunt Lucronium, et jam dicta castra, quod neque per me, neque per meum consilium, auferam illa, nec furer, nec furari faciam, et quod nullo modo dictos milites de Lucronio et dictis castris desapoderem. Insuper et ego Sancius, rex Navarræ, relinquo alavensibus suas hereditates, excepto Castellar, et Treviño. Et ego Aldefonsus, rex Castellæ, donavi regi Sancio Navarræ Leguin et Portella, et quitavi ei

castrum quod tenet Godin. Insuper ego idem Aldefonsus rex Castellæ quitavi vobis Sancio, regi Navarræ, et successoribus vestris Alavam in perpetuum pro vestro regno, scilicet de Ichiar et de Durango intus existentibus, (excepto castello de Malvecin, quod pertinet ad regem Castellæ), et etiam Zuvarrutia, et Badaja, sicut aquæ cadunt usque Navarram, excepto Morellas, quod pertinet ad regem Castellæ; et etiam exinde usque ad Focam, et a Foca in jusum, sicut Zadorra dividit usque cadit in Iberum. Ex designatis terminis usque Navarram totum sit regi Navarræ, exceptis castellis de Malvecin, et de Morellas, quæ sunt regis Castellæ, sicut dictum est. Et ex prædictis terminis designatis usque Castellam totum sit regis Castellæ. Insuper ego, idem rex Castellæ, quitavi vobis Sancio, regi Navarræ, et successoribus vestris, Rodam, et sine quærela do vobis eam in perpetuum. Insuper ego rex Aldefonsus Castellæ volo, ut si Johannes Velez voluerit esse meus vasallus, et vos querimoniam habetis de illo, faciat vobis directum ad forum vestræ terræ, et in curia vestra. Præterea Sancius, rex Navarræ, convenit Aldefonso, regi Castellæ, quod si aliquis homo de terra regis Navarræ furabitur castellum aliquod regi Castellæ, a Burgis ad sursum intùs Navarram, et a Castella veteri ad sursum, ipsa interiùs existente cum suis montanis, et de Boroba ad sursum ipsa intro existenti, et de Soria ad sursum, Agreta et Camberis intrò existentibus, et de quinque villis ad sursum, Sancius rex Navarræ faciat reddi castrum amissum regi Castellæ, si ille qui fuerit furatus, sit vasallus regis Navarræ; et si illo dare noluerit, adjuvet regem Castellæ cum proprio corpore et hominibus suis per bonam fidem et sine enganno ad recuperandum castellum, vel castella perdita. Simili quoque modo rex Aldefonsus Castellæ convenit Sancio regi Navarræ, quod si aliquis homo de terra regis Castellæ furabitur castellum aliquod regi Navarræ a Pampilona ad jusum usque Castellam, et de Huarte ad jusum, ipso intro existenti, et de Leguin ad jusum, ipso intro existenti, et de Sangüesa ad jusum, ipsa intro existenti, et de Sancto Sebastiano ad jusum, ipso intro existenti; Aldefonsus,

rex Castellæ, faciat reddi castrum ammissum regi Navarræ, si ille, qui furatus fuerit, sit vasallus regis Castellæ, et si illo dare noluerit, adjuvet regem Navarræ cum proprio corpore, et hominibus suis, per bonam fidem, et sine enganno, ad recuperandum castellum, vel castella perdita. Convenerunt insuper sibi invicem prædicti reges, ut omnes vasalli amborum regum sæpedictorum, qui in Castella, et in Navarra hereditates suas, ex quo Lucronium fuit captum, per violentiam ammisserunt, pœnitùs recuperet illas. Omissis itaque, et finitis omnibus et singulis quærellis nostris, et nostrorum antecessorum, et omnibus inimicitiarum et discordiæ et inquietationis occasionibus postpositis et relictis, tam antecessorum nostrorum, quàm nostrorum amborum, et amicabili compositione pœnitus et in perpetuum deffinitis et sopitis, nos ambo sæpedicti reges, ego videlicet Aldefonsus, rex Castellæ, et vos Sancius, rex Navarræ, veram concordiam, et pacem firmissimam fecimus et firmavimus nunc, et in perpetuum valituram et duraturam, per nos et per omnes alios nostros. Et omnia adjussa universalitèr et funditùs definivimus per nos, et per omnes antecessores nostros adeo, ut neuter nostrorum amborum jussus a latorum lingua de cætero occassionem aliquam ampliùs aliquod requirendi, vel inquietandi habeat, nec habere possit. Ut autem prænotatum et sæpedictum pactum, et amicitia et concordia superius scripta, firma et inconcussa omni tempore permaneant, rex Aldèfonsus Castellæ juravit et fecit hominium Sancio, regi Navarræ, et Sancius, rex Navarræ, simili modo juravit et fecit hominium Aldefonso, regi Castellæ, quod supradictum pactum et amicitiam et concordiam, et omnia suprascripta teneat, et observet alter alteri per bonam fidem, et sine enganno: et uter amborum hoc juramentum et hominium mentiretur, sit traditor, et alevosus, et fide mentitus, et perjurus, et non possit se inde salvari, nec per se, nec per alium aliquem. Facta carta ista, et datis prædictis castris Aldefonso regi Castellæ, et insuper scripta fidelitate possitis in medio aprilis, era reparationis millessima ducentesima decima septima, dum prædicti reges inter Naxa-

ram et Lucronium coloquium habuerunt. Ferrandus, vice-cancellarius regis Navarræ, scripsit hanc cartam mandató præditorum regum. Testes sunt ex parte regis Aldefonsi Petrus Rodrici de Azagra: Petrus Rodrici de Naxara: Tello Petri: Gomes Garsiæ alferiz regis: Martinus Roderici de Azagra: Petrus Gutierri: Suerus Pelagii: Lupus Diaz Fiterii, merinus regis in Castella: Garsias Munnioz: Martinus Lupi de Lugant. Testes ex parte regis Sancii: Garsias Bermudi: Sancius Ramiri: Martinus de Subiza: Ramirus de Varea: Ramirus de Asin: Ferrandus Monii: Sancius de Sogio, subalferiz: Lupus de Valterre majordomus primus.

NOTAS.

1 Esta escritura cierra todas las puertas de la cabilacion, y demuestra con evidencia, que entre los estados de Castilla y Navarra no habia otros intermedios, y por consiguiente ninguna de las tres repúblicas imaginarias del pais vascongado.

2 El territorio que ahora compone la provincia de Guipúzcoa quedó para la corona de Navarra. El de Vizcaya, partido por Durango entre las dos coronas. El de Alava, lo mismo por la corriente del Zadorra. Todo quanto hay occidental á la línea, para Castilla, en cuyo territorio entra la Vizcaya. Todo lo oriental, para Navarra, en que entran Ipuzcoa, Duranguesado, y la mayor parte de Alava.

3 Con esto declaran fenecidas las discordias de los reyes antecesores relativas á la dominacion de todo el pais vascongado; y juntando esta expresion con lo resultante de los otros instrumentos, es mas claro que la luz del medio dia no haber exîstido repúblicas algunas desde don Sancho *el de Peñalen*, difunto en el año mil setenta y seis, y haber sido

Alava, Guipúzcoa y Vizcaya la materia, la ocasion, el objeto y el motivo de todas las guerras entre Castilla y Navarra desde que don Alfonso I de Navarra y Aragon se separó de la union conyugal de la reyna de Castilla doña Urraca por los años de mil ciento y doce.

NUM. 159.

Fueros de la villa de Uclés, dados por don Pedro Fernandez, maestre del órden de Santiago, por mandado del rey de Castilla don Alfonso VIII en el mes de marzo de 1179.

Coleccion diplomática del excelentísimo señor don Gaspar de Jovellanos.

In nomine sancte et individuæ Trinitatis, Patris et Filii, et Spiritus Sancti, amen. Ego magister Petrus Ferrandi ex Milicia Sancti Jacobi, una cum fratribus meis et voluntate et jusu nostri regis Aldefonsi et uxoris ejus Alienoris, facio paginam testamenti ad vos omnes habitantes in Ucles tam presentibus quam futuris, de foro optimo, propter amorem Dei: et sic dono vobis et confirmo tale foro. In primis ut non habeatis manneria: nisi ut unos ad alios vos metipsos hereditetis usque ad septem generationes. Et qui ex vobis non habuerit filios, aut propinquos sive gentes, ponat in suos vicinos causam suam pro ejus anima ubi corpus suum jacuerit, vel ubi ei placuerit. Quando fuerit fonsato de rege de Castella, ad monitionem vadant de vobis tertia pars de militibus in fonsato. Pedones nullum fonsatum faciant. Qui hominem occiderit, det trecentos solidos, et pectet octavam ad palatium. De mancipiis et de filiis vestris seu de tornadicis ipsas calumnias quæ contingerint et de libores, et de dampno in suas casas, accipiat palacium quantum pertingerit in suo quarto. Et homo qui habuerit ho-

mines in suo corrale et in suas casas aut foras in sua comparatione vel in sua hereditate, homines qui ibi habitaverint, non habeant alio senniore nisi illum cujus domus et hereditas fuerit. De magistro a iuso, uno seniore, et uno merino de magistro. De ganado de Ucles non prendant montadgo in nullas terras: et si hoc fecerint, duplent illum. Et homines de Ucles, non pignorent illum extra suos terminos nisi ganado qui de villa exierit in ipso die et ad villa reverterit. Nullus homo non pignoret ganado, et non descavalget caballero, neque alcalde, et non pignoret caballo de siella, nec bestia mular de siella, et qui hoc fecerit, duplet illud et pectet in coto centum maravetinos ad regem. Et homines de aliis terris qui habuerint judicio cum homines de Ucles, et prius non demandaverint directo in suo concilio, et super aliud pignoraverint, pignora illa duplent, et pectent centum maravetinos ad regem. Et caballeros de Ucles qui fuerint in guardia, primum erigant caballos, et plagas, et postea quintent. Infanzones qui venerint ad Ucles populare, tales calumnias habeant de morte, aut de vita, quomodo alios populatores. Infanzones qui intrarent en termino de Ucles de los moiones adentro, tales foros habeant quomodo alios vicinos de Ucles. Judex aut merino qui pignoraverit ad hominem de Ucles, dent illi fiadores pro alcaldibus aut rege; et si noluerint accipere, tollant suo ganado vel sua pignora sine calumnia. Et si aliquis homo mulierem prendiderit, illa non querendo sive parentes suos, aut gentes suas non querendo, pectet trecentum solidos, et exeat homicida; et si illa voluerit, fiat homiciera, et dexheredata. Et concedo vobis vestras casas, et vestras hereditates per semper. Et posadas non prendat scolano a forcia in casa de clerico, nec de caballero. Et sennior de villa non prendat nulla casa a forcia nisi comparada de suo. Caballeros de Ucles qui fuerint in fonsado cum suo seniore, dent una quinta. Et homines de Ucles qui a parte de palacio fecerunt culpam, pignorent eum cum suo vicino per illam querimoniam. Et homines de Ucles de uno anno in super si aliqua causa super eo venerit, vendant suas casas et suas hereditates, et vadant se ubi

voluerint. Et homines de Ucles qui tornadizos tornaverint, si habuerint filios, hereditent eos post mortem. Et homines de Ucles qui aduxerint mauros jenuos, et de sua voluntate venerint ad Ucles, vel ad suas aldeas, ipsi vivant securi. Et homines de Ucles qui demandaverint directo in alias terras, et non fecerint illud, et super istud pignoraverint, prendant in asadura triginta solidos. Et ganado de alias terras, qui in montes de Ucles steterint, dent montadgo; medio ad seniore, et medio ad concilio. Si ibi voluerint homines de Ucles qui fuerint antea populare, habeant suas casas et suas hereditates, faciendo suo directo in Ucles, sicut vicino; et qui remanserint, habeant suo medianeto cum illis ubi posederint terram. Et homines de Ucles si prendiderint moro Alcayat, aut qui teneat castello, dent illum ad regem. Caballeros vel peones qui aduxerint tale mauro, prendant de illo centum maravetinos et postea dent ad regem. Pedones qui fuerint in guardia, pro quinto dent septimo; et non dent quinta de nulla ropa que sit taiada vel cosida; et de ferramienta non dent nisi fuerint armas; neque de convivio nisi fuerit requa capta; sed dent de bestias, et de ganado, et de mauro, et de maura. Et non dent tertia episcopo de decima, nisi de pane et de vino, et de aquis. Nullus homo non det homicidium per bestiam: et qui occiderit hominem aut per parietem, aut per casam, aut si mortuus in aqua, aut in silo, aut in puteum vel in fonte, aut de aliquo ligno, per istas totas, aut per alias qui fuerint similes istas, non dent homicidium, nisi fuerit occisus per mano hominis. Et nostros medianedos sint de Talavera a Toledo in Madrit; de Avila a Pedraza medianedo in Alfarella; de Sepúlveda a Aillon in Secobia; de Fita á Talamanca mediancdo en Almoguera; de Caracena a Cesaraugusta, medianedo in Hopte. De Hopte medianedo in Alcaraz. Nullus populator de Ucles nulla facendera faciat usque ad caput anni. Et senior de villa non sedeat cum alcaldes in die veneris; et si sederit, non judicent; et si judicaverint, pectent illa petitione, et in illos alcaldes sedeat judex. Homines de Ucles qui ad regem habuerint ire ad judicium contra cristianos, habeant moion in Toledo, et in Madrit; et

quomodo taia la Sierra usque in Atienza, et a Medina, et contra sarracenis non vadant ad illum. Et super hoc quod scriptum est, concedo vobis toto illo foro qui fuerit datum ad Sepulvega in tempore quo populata fuit, foras iactada arroba et almudes in die de mercado, et alcabala de carniceros; et qui istas tres causas cognominatas prendiderit, det ad profectum de senior de villa. Regnante domino nostro Jesu Christo et sub illius nutu rex Aldefonsus in Toleto, et in Castella, et in Naiara et in regnis suis: jusu regis, magister Petrus Ferrandi, dominator in Ucles. Cerebrunus archiepiscopus toletane sedis et Hispaniarum primas. Ego Aldefonsus qui hanc paginam renovare iussi, et legentem audivi, roboro et confirmo, per Deum et per omnia divina misteria quæ sunt sancta. Quod confirmatum a me roboratum et autorizatum est. Et si aliquis ex progenie mea vir aut femina, rex vel comes, vel potestas hanc paginam testamenti disrumpere vel conturbare voluerit, non possit perficere, et sit maledictus a Deo Patre omnipotente, Filio, et Spiritu Sancto, amen: proiiciatur a sancta comunione; et post dicesum a corpore non sepeliatur corpus ejus in sacrato; nec spiritus eius societur cum electis, sed cum Datan et Abiron, et Juda traditore sit pars ejus in eterna damnatione infernale, et insuper pectet ad partem imperii viginti libras auri puri: et ista pagina roborata fortitudines habeat per in secula seculorum, amen. Ego magister Petrus Ferrandi concedo et confirmo. Ego Petrus Franco testo et confirmo. Facta carta in Toleto mense marcii, et data manu regis vobis hominibus de Ucles, ad ostium sancte Mariæ sedis archiepiscoporum, sub era millessima ducentesima decima septima.

NOTA.

Por esta escritura se ve que no era necesario ser soberano para conceder fueros á los pueblos, y así no necesitaron serlo los señores de Vizcaya para darlos á sus villas.

NUM. 160.

Fueros de San Sebastian de Guipúzcoa, dados por el rey de Navarra don Sancho el Sabio hácia el año de 1180.

In Dei nomine, amen. Hæc est carta auctoritatis et confirmationis, quam ego Sancius Dei gratia rex Navarræ, filius regis Garsiæ, facio omnibus, tam majoribus, quam minoribus, præsentibus et futuris, qui populati sint et in antea populabuntur in Sancto Sebastiano. Placet mihi libenti animo et spontanea voluntate quod dono et concedo vobis et successoribus vestris bonos foros et bonas costumes. In primis placet mihi et dono pro fuero, quod non vadant in hoste nec in cabalgata, et quod supradicti populatores sint liberi et ingenui ab omni malo fuero et ab omni mala costume in perpetuum. Similitèr dono et concedo eisdem populatoribus de Sancto Sebastiano, qui per mare ad Sanctum Sebastianum arribaverint, vel per terram ad prædictam villam cum sua mercatura venerint, quòd non dent lezdam ibi, nec in tota mea terra: hoc solummodo retineo, quod si aliqui de populatoribus ad Bajonam troselos vel aliquam mercaturam comparaverint, et per Sanctum Sebastianum transierint, ut in alio loco vendant prædictam mercaturam, donent lezdam; et qui in Sancto Sebastiano vendiderint prædictam mercaturam, non dent lezdam. Similitèr volo et dono per fuero, quod propriæ naves de Sancto Sebastiano sint firmitèr libere et ingenue, quod non dent portazgo nec lezdam: sed naves extranee donent lezdam, de unaquaque navi decem solidos nove monete, et de uno quoque trosello quod de navis tractum fuerit, duodecim denarios de arribaje, insuper suam lezdam; sed minus tertiam partem quam daret pro fuero in Pampilona. Extraneus homo donet de unaquaque carga de piscibus sex denarios; de unaquaque carga de cera sex denarios de arribaje, et suam lezdam, minus ter-

tiam partem, quam daret in Pampilona; de carga de cubro sex denarios; de carga de stagno sex denarios et suam lezdam; de carga de plumbo sex denarios et suam lezdam; de unaquaque traca de coriis duos denarios; de media traca unum denarium, et si minus fuerit, nihil donet. Quicumque panem, et vinum, et carnem ad prædictam populationem portaverit, non det lezdam. Similitèr volo, et dono pro fuero populatoribus Sancti Sebastiani, ut faciant furnos, balneos et molendinos; et possideant ipsi, et omnis generatio illorum liberos, et ingenuos; et ut rex nullum censum non quærat in eis. Et dono per fuero, ut aliquis non hospitet in domibus propriis vicini, nisi voluntate senioris domus, et ut nullus, nisi navarrus, sit populator in populatione, nisi voluntate regis, et consilio omnium vicinorum. Quicumque populaverit in Sancto Sebastiano, si debitor fuerit, non respondeat suo creditori nec ipse, nec fidejusor ejus usque ad duos annos. Quicumque rancuram habuerit de populatore de Sancto Sebastiano, veniat accipere directum in Sancto Sebastiano; et si non voluerit accipere directum in Sancto Sebastiano, et pignora levaverit, pectet mille solidos domino regi. Si contigerit quod aliqua navis frangatur in termino de Sancto Sebastiano, et mercatores navis receperint navem, et totas suas mercaturas, dent decem solidos et suam lezdam, sicut superiùs est terminatum. Dono ad populatores de Sancto Sebastiano pro termino de Undarribia usque ad Oriam, et de Arenga usque ad Sanctum Martinum de Arano, totum saltum quod ego habeo in terminum illum, totum quod ibi est de regalengo; et insuper habeant semper per totam meam terram pascua, et silvas, et aquas in omnibus locis, sicut homines habent, qui in circuitu sunt. Et ubicumque populatores de Sancto Sebastiano comparaverint hereditatem, vel habitaverint in termino de Sancto Sebastiano, vel foras in suis hereditatibus, habeant comparationem liberam et ingenuam sine ullo malo interdicto vel caso: et si per unum annum et unum diem tenuerint sine inquietatione, si quis eis postea inquietare, vel tollere voluerit, donet regi sexaginta solidos, et insuper confirmet hereditatem. Similitèr dono per fuero, quod non

faciant bellum nec duellum cum hominibus de foris per nullo pacto, sed ponet testes, unum navarrum, et unum francum; et si testes non habuerit, donet unam juram: et quod nullus sit captus dando fidanzas de directo, et si directum non potuerint complere, de suo pede reddat. Et si aliquis de populatoribus cum aliqua femina faciat fornicationem voluntate mulieris, non det calumniam, nisi fuerit maritata; sed si forciaverit eam, pariet eam, vel accipiat uxorem, et hoc est pariare; et si mulier non est digna, ut sit uxor illius, ille qui forciaverit eam, debet illi dare talem per maritum, ut fuisset honorata antequam habuisset eam, secundum providentiam alcaldi, et duodecim bonorum vicinorum; et si non voluerit illi dare talem maritum, accipiat eam in uxorem; et si noluerit facere nullum de supradictis duobus, mittat suum corpus in manibus parentum mulieris ad voluntates illorum; et si mulier forciata se reclamaverit prima, vel secunda, vel tertia die, et probaverit per veridicos testes, faciat ille, qui forciaverit eam, directum supradictum, et reddat regi sexaginta solidos: post tres dies transactos nihil valeat ei. Et si aliquis contra vicinum suum arma traxerit, scilicet lanceam, aut spatam, mazam, vel cultellum, pariet mille solidos, vel perdat pugnum; et si unus occiderit alium, pariet quingentos solidos; et si unus alium cum pugno percusserit, vel per capillos apprehenderit, pariet sexaginta solidos; et si in terram jactaverit, pariet duocentos sexaginta solidos. Et si aliquis in domo vicini sui intraverit, vel pignoraverit, et pignos traxerit per vim, pariet viginti quinque solidos domino domus; sed si fidanza fuerit, bene potest pignorare, sicut est fuerum. Merinus regis non accipiat calumniam de ullo homine de Sancto Sebastiano, nisi per laudamentum de duodecim bonis vicinis; et nullus ex hominibus de Sancto Sebastiano vadat ad judicium in ullo loco, nisi intus in Sancto Sebastiano: et si homo de Sancto Sebastiano fuerit inventus foras in aliquo loco, et homo de foris habuerit rancuram de illo, veniat cum illo ad Sanctum Sebastianum, et accipiat directum ad forum de Sancto Sebastiano, quia non volo, ut accipiat directum alcaldis de foris. Et si aliquis

falsam mensuram, vel pensum, vel cubitum, vel cordam tenuerit, pariet regi sexaginta solidos. Et nullus homo possit esse ingenuus contra francos de Sancto Sebastiano de aliquo debito; et homines de foris ex quo intus fuerit in Sancto Sebastiano, propter malivolenciam aliquam vel propter homicidium, quod habeat contra alium, non se debent percutere, vel nulla arma debent tenere; et si traxerint, pectent mille solidos; et si omnes populatores se levaverint, et occiderint illum qui alium percusserit, non est ibi calumnia. *De horto.* Si hortus, aut vinea portas habuerit, donet viginti quinque solidos domino vineæ aut horti, si per semetipsum potest illum destringere; sed si per semetipsum non potest illum destringere, medietas calumniæ erit domino villæ, et altera medietas, cujus vinea erit, aut hortus: et istam calumniam dabit ille, qui per vim in vinea, aut in horto intraverit; et hoc quod per vim rapuit, reddet seniori. *De molendino.* Si quis intraverit molendinum per vim, reddat viginti quinque solidos domino molendini, et regi sexaginta solidos. *De horto et vinea.* Si aliquis furatus fuerit in domo, aut in horto, atque in vinea, dabit ibi calumniam, si potest probari, sexaginta solidos seniori vinee, et latro debet reddere furtum, sed tertium furti seniori domus, et de anitaturas tres tosigas, aut tres solidos. *De arbore inciso.* Si quis inciderit arborem vicini sui per vim de horto, aut de vinea clausa, pariet viginti quinque solidos, et debet tornare similem arborem in eodem loco, et etiam debet reddere fructum uniuscujusque anni, quem arbor incisa deferebat seniori arboris, donec arbor sit nutrita, vel levet fructum. Si in vinea plana arborem inciderit, aut in campo, pariet quinque solidos, et faciat jam dictas facendas. Et si quis sarmentum, aut vimen inciderit in vinea aliena; de primo sarmento, aut de primo vimine, pariet quinque solidos, et de omnibus aliis, de unoquoque duodecim denarios; et si quis colligit caules in die, si non clauserit, pariet quinque solidos, et reddat hoc, quod prehendidit; et si clausum fuerit, viginti quinque solidos; et si non potest probare cum testimonias, debet jurare ille, qui negat, et si noluerit, qui probat potest illum tornare per batalla. Si

custos vinearum, aut camporum viderit aliquem intrantem in vinea, aut pacentem campos, custos probabit per suam juram, et alius dabit calumniam; sed si custos vineæ fuerit verberatus in die, si non potuerit probare per testes, accipiat juram de illo de quo fecit querellam. Si vero nocte verberatus fuerit, levabit ferrum ille de quo fuerit querella. Si non fuerit verberatus, pectabit custodi vinee sexaginta solidos. *De domo.* Si quis intraverit aliquam domum nocte postquam portæ erunt clausæ, et domus ignis erit extinctus, et homines jacuerint, si senior domus, aut sua familia audierint illum, et voluerint illum prendere, et ipse qui intraverit domum, se voluerit defendere aut fugere, et in defensione illa erit mortuus, non debent inde homicidium pariare, tamen si capiunt illum vivum, non debent illum interficere postea; sed senior domus potest illum facere redimere, si vivus fuerit captus, et redemptio illa erit sua tota; sed reddere debet hominem bajulo senioris villæ; et senior domus potest eum dimittere; et si non accepit ab eo redemptionem, non habet senior villæ calumniam super seniorem domus; tamen si dimisserit illum, et postea latro fecerit inde damnum, de captione illa senior domus non debet illi respondere; et si aliquis ex parentibus interfecti dicit illi qui hominem interfecit. „Tu occidisti parentem meum alio modo, et non in domo tua" interfector debet jurare, et salvare se per ferrum, quod sic interfecit illum nocte in domo sua, et non pro aliam malevolentiam, et non prævaleat: sed si exierit inde sanus, et illesus a ferro, parentes debent firmare, et ille non debet homicidium dare; sed possunt facere bellum, si ambobus placet, sed hoc non est forum, nec capitula ex parte nostra fuit inventa. *De homine mortuo.* Si quis moriatur et non fecerit testamentum ad obitum mortis, et remanserint filii parvi, et mater duxerit alium maritum, parentes filiorum possunt partire, et cognoscere partem filiorum patris, et dare firmas, et accipere; et si mater voluerit tenere filios suos cum honore et habere, debet dare mater bonas fidanzas parentibus filiorum, quod quando filii pervenerint ad perfectam etatem, reddat illis prædictum honorem et habere; et si filii intermoriuntur,

illam hereditatem, et honorem, et habere debet tornare onde venit parentibus suis. Et si filii faciunt donationem, antequam veniant ad etatem duodecim annorum, non habebit stabilitatem; et de hereditate abolorum non possunt facere donativum, nisi solummodo unam vineam, aut unam terram, aut unam domum, si duas domos aut tres habuerint, aut duas hereditates, et hoc filio aut filie sue; sed bene potest dare in dote filiis atque filiabus suis, quando acceperint filii uxores et filiæ maritos. Si quis facere voluerit donativum de casis abolorum, et non habuerit nisi solummodo unam casam, non potest facere donativum, sed benè potest mandare pro anima sua clericis, aut ecclesiis, vel parentibus. *De locatione.* Si quis locaverit domum de aliquo probo homine ville, et si ipsemet dominus se voluerit mutare in illam domum, qui locaverit domum, exeat de domo, et reddeat pretium seniori domus de quanto stetit in illa domo; et si cellarium atque pallearium, aut horreum, aut aliqua vasa locaverit, non relinquet usque ad suum terminum; tamen si ille qui domum locavit, vult ire Jerusalem, aut in aliam patriam, aut villam causa stationis, dabit pretium de quanto steterit; sed si vult stare in villa, aut in alio loco, aut in villa uxorem ducere, et uxor domum habet, dominus domus pretium suum non perdat. *De falso testimonio.* Si aliquis dixierit, aut fecerit falsum testimonium, et alius potuerit illum probare cum decem testimoniis aliis, postquam unus annus et dies erit transactus, emmendabit cui perdere fecit totam perditam, et qui fecit testimonium, in mercede senioris terre erit; sed si cum testibus non potest probare, per duellum potest se salvare, et si victus de bello fuerit, emmendabit, sicut supra scriptum est; sed si duello potuerit vincere, ille qui probat, dabit quingentos solidos de calumnia, et erit emmenda de illo qui probare voluit, et de parentibus suis; sed si in anno ille non appellaverit, nunquam amplius respondebit, nec ille amplius debet illum appellare; quod si faceret, de calumnia debet dare duoscentos et quinquaginta solidos. *De marito.* Si maritus ille moriatur et habet inde filios, et postea vult ducere alium maritum, mulier illa debet partire totum, quantum

examplavit cum suo marito primo, cum filiis suis, et honore per medietatem. Et si mulier habet hereditatem aliam, aut de patrimonio, aut aliquo modo, antequam duxisset maritum, non dabit inde portionem filiis. Et si est casus quod prendat duos maritos, aut tres, et de omnibus habuerit filios, et filii interin non demandabunt partem, et mater adhuc ducit alium maritum, et tunc venerint filii, et quisierint illi partem, dabit unicuique filiorum partem de examplamento, quod fecit cum patribus suis, et de alia causa non. Et si filii sunt parve etatis, aut magne, et volunt partire, mater non potest illos inde distringere, et si filii volunt partire, bene possunt distringere matrem cum justitia regis. Et si filii sunt parvi, et pater eorum ad obitum suum fecit cabezalleros, illi cabezallarii possunt partire, et dare firmes, si volunt, et etiam vendere, et impignorare hereditatem ad opus illorum, et habebit stabilitatem, et cabezallarii possunt distringere matrem pro filiis, et mater non potest distringere cabezalleros; et si fortè evenerit casus quod mater dividat aut non dividat, si voluerit facere de hoc, quod illi pertinet, aliquod donativum suo marito aut cuilibet, illud donativum, si dat inde firmas, habebit stabilitatem: et si venerit ad obitum mortis, et facit inde donativum de hoc quod illi pertinet, non sunt ibi firmas necesse, sed solummodo cabezallarii, et cabezallarii non debent jurare sed debent dicere in Deo et suis animabus: „Nos audivimus, et vidimus hoc donativum facere"; et si non sunt ibi cabezallarii, capellanus parrochie valebit; et si est causa ut mulier, aut homo sit districtus fortitèr ad obitum, et non sint ibi homines, nec capellanus, sed sunt ibi due mulieres legales, valebit illarum testimonium, quemadmodum et de cabezallariis, et si aliquis moritur in hermo loco, et erit ibi unus homo, aut una femina, valebit testimonium, quemadmodum et de cabezallariis. Et si maritus fecerit donativum absque auctoritate mulieris de hoc quod pertinet mulieri, non valebit, sed si facit donativum de hoc quod sibi pertinet, valebit. Et si mulier audet facere donativum, et est in illo loco maritus, et tacet, sed non autorizat, non valebit. Et si mulier vivit, et maritus moritur,

quamvis ibi sint filii, quantum mulier voluerit stare in viduitate, erit domina, et potentissima de toto illo habere, et de honore. Et si mulier stans in viduitate habet filiastros, et filiastri non diviserunt cum abolorum parte partem illorum, mater habebit filiastrum illum in honore, et in habere de illorum matre, et quantum examplavit cum illorum patre, antequam duxisset istam aliam uxorem: sed in parte patris quantum mulier voluerit stare in viduitate, non habebunt partem in illo honore, sed solum habere movile dividetur, et ipsa manente in viduitate, non potest vendere, nec mittere in pignus illum honorem de filiastris, sed hoc quod pertinet filiis, vel filiabus suis, potest vendere et impignorare, si necesse est sibi, et necessitas illa sit nota a parentibus, vel vicinis, et etiam pro fame filiorum suorum potest vendere. Si filius remanserit parvus posteaquam pervenerit ad perfectam etatem, et quesierit mater partem de illo honore, et de habere sui patris, de hoc quod erit patris, habebit partem in parte patris; et si filius dixerit: „Plus habetis de meo patre"; et mater dixerit: „Non", filius potest inde habere unam juram de sua matre; et si cabezallarii volunt partire, et abolus petit pro suis nepotibus, et dat fidanzas, et accepit filius autorizando, valebit et habebit stabilitatem, et quando venerint filii ad partitionem, deben filii partire, et pater, et mater debent eligere in omnibus hereditatibus. Et si aliquid volebat dare in illa hereditate filiorum bonorum, et mater voluerit illa retinere pro eundem pretium quem alius, retineat. Omnes populatores de Sancto Sebastiano, de qualicumque ministerio fuerint, faciant suum lucrum sine latrocinio, et traditione. Nullus homo qui hospitatus fuerit in aliqua domo Sancti Sebastiani, pro nullo debito, neque per fidantiam non debent illum abstrahere de domo, nec suum habere; et si merinus, vel aliquis homo monstraverit sigillum regis seniori domus, non respondebit de hoc illi. Quicumque fidantiam tenet pro suo habere, querat pignus ad suam fidantiam, et si fidantia mostraverit pignus mortuus, quod valebat minùs tertiam partem, accipiat ille pignus, et hoc de tertio in tertium diem: sed si bestiam vivam dederit pignus,

accipiat illam, vel antea, vel postea, sed si debita plùs valuerit centum solidos, mostret illi caballum, vel mulam, aut mulum, vel equam vivam, et si suum habere valet centum solidos, mostret illi bestiam, que valeat viginti solidos; et si quinquaginta, mostret bestiam de decem solidos; et si non potuerit dare pignus, sicut est supra scriptum, mostret illi sigillum regis, et si nollet mostrare sigillum regis in hora octava, vadat cum seniore ville, et querat sexaginta solidos, et mittat in carcere regis, quousque suum habere habeat, et angueras de illa bestia sint decem et ocro denarii inter diem et noctem, et si est asinus, novem denarii, et si ipsa fidancia steterit in captivitate, unaquaque nocte pectet sexaginta solidos ille, pro quo est captus: et si fecerit pectare illud habere, reddat illi ad duplum; et si fidanza se appellaverit ad auctorem, donet inducias quinque dies, si est in terra regis, et si extra, decem dies; et si est ad Sanctum Jacobum, unum mensem, et unum diem; in Jerusalem, unum annum et unum diem; ad Sanctum Egidium, unum mensem et unum diem; et si ad prædictos terminos non venerit, donet illi suum habere sine interdicto; et ubi invenerit pignus de sua fidancia, quod accipiat illud de debitore ad debitore, monstret sigillum regis; et si negaverit, accipiat fidiatore de directo; et si manifestum erit, paguet illum, vel habeat suum amorem; et si sigillum regis fregerit, pectet sexaginta solidos; et si nullus homo fecerit testimonium pro nulla re, non debet illi saillire; et si dixerit „Que non memino", debet ille jurare, que non meminit; et si nullus debitor, aut auctor negaverit al demandador suum habere, si potuerit probare cum testimoniis, pectet censum cum quinque solidos de calumnia, et illa medietas calumniæ erit de domino ville, et alia medietas senioris, cujus est census, qui probavit eum; et si non potuerit probare, accipiat suam juram, et donet illi fidanciam, ut ampliùs non requirat de hoc; et si voluerit tornare, et non reddiderit per suam juram, de qualicumque habere quod sit, det decem solidos monete regis. *De eo, qui tornet perferrum.* Et ille homo qui portaverit ferrum, ut sit francus, si non habet ferrum portatum, nec sit faber; et

ille homo qui portaverit ferrum, juret quod non est faber, nec unquam levavit ferrum, nec ille, nec aliquis homo vel femina non habet ullam fatillam factam in hoc ferro, per quam ille homo perdat suum directum. Qui querit istum habere, et juret quod non debet istud habere, que querit, antequam levet istum ferrum, et habere istum sit missum in manu fidelis, sive in auro, sive in argento; et si ille homo, qui levavit ferrum, se ardet, reddat habere seniori, qui querit, et pectet sexaginta solidos domino ville; et si se salvat, pectet ille homo, qui quærebat, sexaginta solidos domino ville: et si ferrum non portaverit, postquam fidantia est data, ille, in quo remanet ferrum, pectet decem solidos, et calumniam ferri, tertia pars regi, et alia tertia pars almiranti, et alia tertia pars alcaldi. Omnis troselus, qui venerit de ultra portos ad Sanctum Sebastianum, postquam fuerit amplius unius noctis, det sex denarios hospiti suo de hostalage; et medius troselus det tres denarios; et de carga de coriis duos denarios; et de carga de stamno det duos denarios; et de carga plumbi duos denarios; et tota carga de pez que veniat per mare, de una nocte amplius det suo hospiti duos denarios; et de carga papiri sex denarios; de carga de coris vacarum duos denarios; de carga cere det duos denarios; de carga de moltoni det duos denarios; de carga de dagunias duos denarios; de carga de boquinas det duos denarios; de troselis de fustanis, si est venditus in domo hospitis sui, det ille qui emerit quinque solidos, et si est venditus per pezas, de peza unum denarium, et corda, et la sarpilera: et de troselum de drapos de lana duodecim denarios; et si est venditus per pezas, de peza unum denarium, et corda, et la sarpilera; et si est de lino loci unum denarium; et del cobre, del quintal det emptor quatuor denarios; et de stamno quatuor denarios; et de plumbo duos denarios; et de molconinas, si se vendiderit, det emptor de duodena unam meallam; et de colegninas de sexaginta unum denarium; et de la duodena de connellis unum denarium; et de gatis salvajes, de duodena unum denarium; et de gatis domesticis, de duodena una mealla; et de la docena de cera unam meallam; et de docena pa-

peris duos denarios; et de docena de incenso duos denarios. De bestia, si se vende in suo hostal, unum denarium, et la sella: si est de quinque solidos, aut minus, sex denarios, et si valet magis de quinque solidos det duodecim denarios, et si habet bast, similitèr; et de docena de vulpinas unum denarium; et de centum squiros unum denarium; et de centum de lebrunas unum denarium; et de la docena de pequenas unum denarium, et de traca de coris bobinis duos denarios; et de dimidia unum denarium, et de media in sus, de unoquoque corio unum denarium; et de coris cerbinis similitèr. Et si hospes vult habere partem in quocumque habere, que se vendiere in sua domo, potest habere partem, si donat medietatem de habere; et si est particeps, non accipiat hostalage. Et ego dono per fuero populatoribus Sancti Sebastiani, ut in unoquoque anno ad caput anni mutent prepositum et alcaldum; et dono per fuero populatoribus Sancti Sebastiani, ut ubicumque sint in mea terra, aut in mea curia, accipiant juditium secundum forum Sancti Sebastiani.

NOTAS.

1 Estos fueros fueron confirmados y renovados año de mil doscientos dos, segun veremos. No tienen fecha; pero les adjudico la del año de mil ciento y ochenta; porque el rey don Sancho el Sabio de Navarra aseguró el señorío y soberanía de San Sebastian en mil ciento setenta y nueve por el tratado de paces con don Alfonso VIII de Castilla.

2 La escritura misma da testimonio de que los fueros no provienen de pactos: que habia pechos y contribuciones terrestres y marítimas, y entre estas las de almirantazgo.

NUM. 161.

Fueros de la merindad de Durango dados por el rey de Navarra don Sancho VII el Sabio hácia los años de 1180, confirmados por el rey de Castilla don Alfonso VIII despues del año de 1200.

Iturriza: Histor. de Vizcaya, lib. 1, cap. 17.

Notum sit omnibus qui vident, vel qui sunt visuri cartulam istam quomodo ego rex Sancius Navarre donavi et roborabi omnibus hominibus de Durango foros istos: et hoc signum cum manu mea feci ✠.

Postea regnavit rex Aldefonsus Castelle et Toleti; et adquisivit patriam hanc, et mandavit, et roboravit, et concessit (sicut conceserat rex Sancius) ante suos comites, et don Diago Lopez, et suo filio don Lope Diaz.

Et illi quoque sic concesserunt et roboraverunt sicut suus dominus rex Castelle.

El labrador qui hobier en so casa de Resurreccion fasta San Johan tres vacas compridas de cuerpo, dará tres soldos al sennor de la tierra, o al so prestamero. Et si hobier dos vacas et una bestia, tres soldos. Et si hobier dos vacas et un asno, tres soldos. Et si hobier una vaca, et un asno, et diez guiberrias, tres soldos. Et si hobier dos vacas, dos soldos. Et si hobier una vaca et diez guiberrias, dos soldos. Et si hobier una vaca et un asno, dos soldos. Et si hobier un asno et diez guiberrias, dos soldos. Qui hobier una bestia cumplida, un soldo. Qui hobier de diez ovejas o cabras arriba, non dará mas de un soldo. Qui hobier de ganado menudo de oveja e cabras ménos de diez, non dará mas de seis dineros. Por puercos non dará nada. E si puercos hobier mas de tres, deixará los mejores tres a la casa, e prenda el quarto el sennor. Et si non hobier mas de tres puercos, non dará nada al sennor. Otrosí, debe el labrador entre marido e molier un

quarto de escanda de la emina de Durango, et tres eminas de trigo limpio: et si el uno morier, el otro dará la meatat. Entre marido e molier darán un pan a los mazaneros del sennor quanto una qoarta de emina de Durango: et de todo esto non dará mas de la meatad si el uno morier. Et aun solien dar los labradores un cordero que habie nome de *asadura*; mas aquel asoltolis el rey don Alfonso a los de Durango per sæcula. Si el prestamero de la tierra non hobiere casa en la tierra, dáránli una casa vacia troa que allegue sos botijas. Si el sennor quisier forzar o facerles mal, farán apellido los de la tierra; et sacarlo han que no le vague. Han otro foro los labradores, et todo esto por amor de amor: que en el año una vez darán posada al merino con solos quatro homes, et si bestia hobier, con so bestia; et el sayon andará solo; et que si mas desto les ficieren facer, que non hayan amor del sennor. Et si algon matar al sayon de la tierra, todos aquellos que en pecha estan, darán sendas eminas de panizo de la emina de la tierra al sennor; et non deben nenguna otra calonia. Et si calonia hobier a dar el pechero al sennor, responda de la calonia al merino; et prenda firmes del merino, mas que non responda a otro. Et si el pechero del monesterio hobier a dar calonia o homecillo, responda al monasterio, et non a otri. Han otro foro. Qui pechero non sea en la tierra, dará la calonia del homecillo al sennor de quien fuere el muerto. Si pleyto hobieren unos con otros, peños habiendo, non han a prender el cuerpo; et si los prisieren, puedan salir de la tierra: et sobre los peños, si parar fiador de derecho, deixen los peños; et si non quisier deixarlos, puedan salir de la tierra: et esto es foro. Otrosí, el labrador que non fuer pechero, si hobier manzana, et hobier a vender, dará el precio que pesquisiere el sennor, et habérsela ha. El labrador ha de haber del ladron la tercera parte de la calonia, et la barruntería, et las duas partes de la calonia el sennor. Si el sennor non hobier carnes e prisier vacas para so cocina, dará el sennor al dueño por la vaca veinte sueldos; e por el puerco, cinco sueldos; et por el carnero dos sueldos; et por la gallina tres dineros. Han otro foro. Si el rey de la

tierra hobier a llevar hueste a otra tierra, e los durangueses hobieren a defender la so tierra, non han a exîr a otra tierra fuera mas que troa Ochandiano por una parte, e por la otra parte troa Elosua de Vergara. Et non han otro foro.

NOTAS.

1 Don Juan de Iturriza puso esta escritura en su *historia de Vizcaya*, lib. 1, cap. 17, y dixo que fr. Martin de Coscoxales los incluyó en el folio doscientos setenta y uno vuelto del tomo VI de sus obras manuscritas de las cosas de Vizcaya, expresando que constaban escritos en un libro antiguo de la iglesia de san Agustin de Echevarria junto á Elorrio, y que por estar cortada una hoja se ignoraba la fecha. Esteban de Garibay dixo lo mismo en el cap. 8 del lib. 24 de *su compendio general de España*; Gabriel Henao en las *Averiguaciones de Cantabria*, y varios escritores vizcainos indican otro tanto. Todos atribuyen la fecha del instrumento al reynado de don Sancho VII de Navarra *el Sabio*, que fue desde mil ciento y cincuenta hasta mil ciento noventa y quatro: yo al de mil ciento y ochenta, porque los tratados de paz de mil ciento setenta y nueve fixaron el señorío y la soberanía de Durango en la persona del monarca navarro.

2 El contexto literal manifiesta que la escritura no es original de concesion de fueros, sino la narracion que algun durangues del siglo XIII escribió en el libro de la iglesia de san Agustin de Echevarria de Elorrio, teniendo presentes varios instrumentos, singularmente los que siguen: primero, la citada concesion de fueros por el mencionado don

Sancho *el Sabio* de Navarra en mil ciento y ochenta. Segundo, la confirmacion y nueva concesion por el rey de Castilla don Alfonso VIII hácia el año de mil doscientos y dos, en que confirmó los de San Sebastian y otros pueblos adquiridos en la guerra de mil y doscientos. Tercero, las confirmaciones que don Diego Lopez de Haro *el Bueno* y su hijo el conde don Lope Diaz de Haro *Cabezabrava* hicieron despues de mil doscientos y doce, en que don Diego adquirió el señorío de Durango y su tierra por la donacion real de veinte y nueve de diciembre.

3 Comenzó su narracion en latin; y parece haberlo hecho con las palabras mismas del principio y fin de la escritura de fueros del rey don Sancho: prosiguió dos cláusulas en el mismo idioma, luego en castellano; y si no se hubiera perdido la hoja del libro, encontraríamos verosímilmente que acababa con otras cláusulas latinas de las fechas de los originales; pues los copistas y escritores de becerros y cartularios del siglo XIII acostumbraron hacerlo así con freqüencia, estimulados del deseo de abreviar la narracion, y trabajar ménos, de cuya prácica proviene hallar en los archivos algunas escrituras desordenadas. Una de ellas es la presente, y sin embargo es preciosísima por las noticias que contiene relativas al objeto de mi obra.

4 Primera, que la merindad de Durango era parte integrante de la monarquía navarra en el reynado de don Sancho *el Sabio*; y de la castellana en el de don Alfonso VIII, en lo que confronta con otras muchas escrituras notadas y por notar

en este apéndice, las quales combinadas con las de don Alfonso de Navarra y Aragon *el Batallador*, y las de don García Ramirez *el Restaurador*, influyen infinito á creer que sucedia lo mismo desde las paces de Tamara del año de mil ciento veinte y siete: y resulta que aún quando fuera cierta la exîstencia de la república vizcaina, no habia tenido que ver con ella la tierra y merindad de Durango, la qual suena subordinada á señores distintos de los de Vizcaya, y á los reyes navarros y castellanos desde que se oye su nombre en las historias y escrituras.

5 Segunda, que don Alfonso VIII de Castilla era señor de don Diego Lopez de Haro *el Bueno* y de don Lope Diaz de Haro su hijo; y esta locucion de un durangues en el siglo XIII indica bien que hablaba de los personages en el mismo sentido que debieran ser tenidos los sucesores en su tiempo, por lo que su narracion es testimonio del vasallage y falta de soberanía de los señores de Vizcaya.

6 Tercera, que el señorío de la merindad de Durango era de orígen solariego, pues las contribuciones consistian en frutos y ganados, como solian los dueños del solar exîgir de los colonos y vasallos.

7 Quarta, que no todos los vecinos de la merindad de Durango eran fijosdalgos, pues unos eran llamados *pecheros* y otros no.

8 Quinta, que no habia exêncion de tributos, pues antes bien pagaban los vasallos al señor los crecidos que se especifican, aun despues de haberles absuelto el rey de Castilla don Alfonso VIII del que se conocia con el nombre de *asadura*.

9 De aquí se sigue forzosamente que los pueblos de la merindad de Durango no fueron parte del infanzonado de Vizcaya, ni les pertenecen los fueros vizcainos, ni exêncion alguna que no conste por gracia de los monarcas.

NUM. 162.

Fueros de Palencia dados por el obispo don Raymundo II, y confirmados por el rey don Alonso VIII en 23 de agosto de 1181.

Coleccion diplomática del señor don Francisco Marina, canónigo de la real iglesia de san Isidro de Madrid, y Exdirector de la real academia de la Historia, tomo II.

In nomine sancte et individue Trinitatis que a fidelibus in unitate colitur et adoratur. Opus est pietatis et ad salutem animarum præstantissimum argumentum, dominis que sive rectoribus populorum Spanie conveniens, populos sibi submissos certis et scriptis legibus gubernare, bonos instituendo foros, pravasque consuetudines abolendo, ne inter dominum et populum sibi subjectum frequens oriatur discordia, et ne dominetur cum inclemencia ut populus de infidelitate redarguatur; sed in hoc equitas, in illo fidelitas, in utroque stabilitas, mereatur aprobari. Ea propter, ego Raimundus secundus Dei gratia palentine ecclesiæ episcopus, bono animo et spontanea voluntate, intuitu pietatis ac misericordie, et pro salute anime mee cum consensu pariter et voluntate omnium sociorum meorum ejusdem palentine ecclesie sancti Antonini canonicorum, necnon cum consensu et voluntate et concesione domini nostri Aldefonsi regis Castelle, ut Deus remunerator omnium bonorum ipsi regi vite conferat utriusque felicitatem, facio cartam de foris tibi toti concilio de Palencia presenti et futuro in pertuum valituram. *De donationibus Raimundi episcopi palen-*

tini de solaribus. In primis dono ita tibi istos foros, ut nullus de cetero cuiuscumque generis, conditionis, dignitatis, vel ministerii sit, tamtummodo de canonicis palentinis, salvo et integro jure suo in omnibus et per omnia, aliquod solare episcopi comparare possit in tota Palentia nec in ambitu suo nisi cum suo foro episcopi palentini; ut episcopus nullatenus perdat, nec perdere possit suum forum; excepto illo quod exanchabunt intra casas suas et corrales in quibus intrantes erunt, nullis aliis casis interpositis, nec aliquo solari, nec ex parte solaris heremi vel populati interposita: et ille qui exanchaduram illam comparaverit, faciat unum forum, quantumcumque filii eorum vel parentes aut quilibet eorum, heredes aut alii parcientur, et quamvis omnes partitores exeant per unam portam, tamen singuli faciant foros integros.

De solaribus.

Et illos solares qui usque hodie fuerunt comparati qui de episcopo fuerunt vel de hominibus suis, habeant ad tale forum quale habeant solares militum.

De collaciis.

Habeat episcopus in solares militum vel in collacios aliorum hominum ville sex denarios ad marcium, et medietatem de homicidio, et totum furtum integrum, et traicion: et in pedido quod petierint ad concilium, dent cum eis, et similiter de suas tendas logadizas; omnes vero alie calumnie sint de domino solaris: et omnes solares eremi de Palencia, qui numquam fuerunt de episcopo palentino ex quibus habuit aliquando suum solidum per pesquisam legitimam, de hujusmodi solaribus quos invenerint per pesquisam illi qui hodie tenent illos solares, si populaverint eos usque ad istum primum annum cum collacio qui suus sit episcopi et integrum forum faciat episcopo, habeant eos populatores. Qui vero non populaverint eos, sicut dictum est, et secundum quod deinceps usque ad unum annum, per-

dant solares suos per ubicumque fuerint, ita quod numquam ipse nec aliquis de successione sua eos repetere possit nec debeat sed sint proprii palentini episcopi in perpetuum. Et preter hoc quod hodie tenent infra ambitum domorum suorum in quibus morantur, non respondeant de cetero nisi per forum ville: et quoscumque solares aut exitus invenire poterint per pesquisam legitimam infra muros palencie de quibus forum non dederunt nec fuerunt comparati a morte imperatoris usque nunc, omnes hujus solares et exitus sint propii episcopi irrevocabiliter.

Similiter de foros de Palencia quod homines de Palencia habeant eos sicut habuerunt usque modo.

De foris.

Et a die qua forus partem habebit in hereditatem prius vel majus, non sit forus de cetero, sed sit de episcopo sine alio domino.

De foro militum et aliorum civium.

Nullus homo infra portas Palencie nec ambitum ejus habet quingentos solidos, nec infanzon, nec aliquis alius homo qui vicinus sit de Palencia, sed quicumque desonraverit alium, cum tali ornet eum cum quali desornavit.

De pignoribus et fidejussoribus.

Omnis homo de Palencia qui fidejussore dedit pro suo pede, et sua bona, non sit preso corpus suum, nec sua bona, nec sua hereditas, nec qui dedit fidejussorem manifestum. Si pignus abstulit, vel corpus suum defenderit, vel hereditatem suam, vel aliquid suum, non pectet calumniam. Qui sine fidejussore manifesto pignus abstulit vel se ipsum defenderit, pectet calumpniam. Qui pignus abstulit sagioni vel portario, pectet quinque solidos et quod abstulit reddat, vel aliud tale et tantum: et si hominem abstulit, det ad illum hominem, suum directum vel trecentum solidos.

De sobrecabatura latronum vel traditorum.

Quicumque sobrecabaverit vel fidejusserit latronem vel traditorem, det se ipsum pro eo, et patiatur eamdem penam quam ille pateretur. Qui abstulit latronem vel traditorem, eodem modo judicetur, si non potuerit eum dare; sed si eum dederit, sit corpus ejus absolutum.

De querimonia majorini episcopi.

Si majorinus episcopi habuerit rancuram de aliquo, habeat spatium trium dierum ad quærendos amicos et consilium habendum, et tertia die veniat et faciat quod directum fuerit. Si vero suspectum eum habuerit quod fugiat, det sobrecabador.

De percussoribus.

Qui percusserit manu aperta, pectet quinque solidos: et qui percusserit cum pugno clauso, pectet unum solidum. Qui percuserit cum lancea, vel cum cultello, si ab una parte ad aliam perforaverit scilicet ultra exeundo, pectet decem solidos. Si non perforavit ab una parte ad aliam, pectet quinque solidos: pro espadada cum ossum non exierit, decem solidos: pro pedrada, cum sanguis exierit, si ossum non fregerit, quinque solidos: si sanguis non exierit et tumorem fecerit, pectet tot solidos quod polgadas habuerit in tumore.

De depilatoribus.

Qui mesaverit aliquem in barba vel in capite, pectet tot solidos quot polgadas habuerit demessato. Si percusserit aliquem in oculo, et perturbaverit ipsum oculum, pectet decem solidos. Si duo projecerint aliquem in terra, pectet sexaginta solidos. Si unus alterum projecerit in terra, pectet decem solidos.

De calumniis et liboribus.

De calumniis et liboribus in corpore hominis factis eligat majorinus episcopi unam tantum calumniam quam voluerit de duobus liboribus vel multis. Si quis percuserit aliquem in dentibus, ita ut perdat aliquos dentes, pro octo anterioribus scilicet quatuor superioribus et quatuor inferioribus, pro quolibet dente istorum, pectet decem et novem solidos usque ad trecentum solidos, et non amplius: pro aliis dentibus, pro quolibet dente quinque solidos.

Qui miserit merda in toca alterius.

Qui miserit merdam in toca alterius, pectet trecentum solidos.

Si quis miserit caput alicujus in ribo.

Qui per malam voluntatem miserit caput alicujus in ribo, ita ut totum caput de aqua cooperiatur, pectet trecentum solidos.

Qui denudaverit aliquem a panno.

Qui denudaverit aliquem a panno, pectet trecentum solidos.

De desonnorantibus episcopum.

Qui desonnoraverit episcopum morando in suo solare, si habuerit tres testes vicinos postos quod eum desonnoravit, prendat episcopus quidquid invenerit in solare eum desonnorantis.

De solutionibus marcii.

In Palencia nullus miles armatus de senioribus det solidum pro marcio, vel aliquid, nec eo mortuo uxor ejus usque nubat: et postea cum quali nupserit, tale forum faciat: similiter fi-

lius militis non det marcium usquequo perveniat ad tempus idoneum milicie; et tunc si acceperit arma ab aliquo domino, ulterius non det marcium. Quicumque fuerit de Palencia, et habuerit patrem militem, ex quo casatus fuerit, si noluerit esse miles, faciat forum sicut alii pedites. Preter hec omnes alii vicini Palencie unum et eumdem forum habeant salvo in omnibus et per omnia jure canonicorum.

De batalla.

In Palencia non ha batalla pro nulla re.

De testimonio et purgatione.

Si episcopus vel majorinus ejus super quocumque documento vel scripto pesquisam per directum habuerint, debet ei valere. Si pesquisam non habuerint, ille cui demandaverit, delindet se cum quatuor vicinis quinto eis annumerato.

De dominis et eorum militibus et aliis non militibus.

Omnis miles extra Palenciam potest habere quemcumque dominum voluerit, et si dominus ejus guerram habuerit sive pro eo sive pro alia re contra homines de Palencia, vel ad pendrandum eos venerit de extra cum domino suo, guerreabit Palenciam tota die, vel pendrabit, et quandocumque voluerit, veniat ad domum suam securus, et de roba et de pendra quam ibi cum domino suo fecerit, partem quam inde habuerit, reddat vicinis suis. Et cetere gentes de Palencia exceptis militibus habentes rancuram, rancurent illud domino episcopo, aut majorino ejus, aut concilio: et si non habuerint proinde directum, possint exire de villa et pignorare pro illo, et concilium non sinat eis perdere quod ibi habent. Quicumque taliter pignoraverit, possit venire securus ad domum suam; et si in volta guerre vel pendre quam fecerit cum domino suo, homo de Palencia ibi occisus fuerit, non sit proinde inimi-

cus, et si dominus militis, eo existente in Palencia, venerit currere Palenciam vel aliquo modo guerreare, exeat cum vicinis suis, et pugnet contra dominum suum, et non sit inde minus, sed corpus domini sui defendat a morte et captione pro posse suo, et det ei caballum suum in pugna si necesse fuerit. Et si ipse fuerit cum domino suo extra Palentiam in guerra et ibi occisus fuerit ab hominibus de Palencia, nullus homo de Palencia sit pro eo inimicus.

De inclusura.

Si tres homines aut plures faciunt inclusuram tali modo jacendo lapides vel aliquod genus armorum contra eum quem incluserint ita quod lapidibus et armis percutiant portam inclusi, vel in domum ejus vel curtale lapides vel arma projiciant, qui talem inclusuram fecerint, quot homines incluserint, tot trecentum solidos pectent.

De hereditatibus.

Omnes homines de Palencia quantam hereditatem habuerint de villis de extra Palencia et de extramuros de villis, scilicet qui pertinent ad palentinam ecclesiam, et ad palentinum episcopum jure hereditario, quantum homines de Palencia comparaverint ex illis usque hodie, habeant salvum et quitum semper in perpetuum, scilicet terras, vineas, hortos, acenias, molinos, et totam aliam hereditatem; et propter hoc non faciant illuc aliquod forum, sed ille qui in prefatis villis comparaverit solare, faciat illuc forum ville; et nisi fecerit forum, perdat solare cum tota hereditate solaris. Qui de cetero hereditatem quantamcumque in predictis villis comparaverit, faciat ibi casas et forum ville, et nisi fecerint forum, perdant quod comparaverint ibi.

De hereditate accepta de exidos.

Post mortem vero imperatoris qui accepit hereditatem in exidos, si racionem rectam non demostraverit, relinquat eam.

De serna.

In Palencia nullus homo faciat sernam.

De venditione vini episcopi.

Licet episcopo vendere vinum per totum annum quandocumque voluerit preterquam in feria, scilicet decem quinque dies ante festum sancti Antonini et quindecim post festum sancti Antonini, tali modo ut postquam vinum suum tabernet, faciat jactari preconem octavo die antequam tabernet vinum suum, et die quo tavernaverit vinum, omnes vendentes vinum in Palencia cortent suos tapones; et omnis homo de Palencia qui vendiderit vinum suum, si dominus qui vendiderit vinum, fuerit inde convictus tribus testibus vicinis de villa qui testificentur quod viderint, perdat singulis diebus pro quantumcumque vendiderit quinque solidos.

Item de venditione vini episcopi.

Episcopus vero sic vendat vinum suum ut unam tantum vendat cubam et hoc infra novem dies, et amplius non habeat testationem, sive his novem diebus cuba vendita fuerit, aut non, cesset testatio. Vinum vero episcopi aprecient tres boni homines de concilio et habita ratione cum similis vinis, in media mealla minus vendatur.

De pelagis.

Omnes pelagi ab acenniis Michaelis usque ad acenias de

submercato sint defensati de rete barredana tantum: et non de aliis: et in his pelagis dent episcopo et canonicis liberos transitus ad piscandum et retia sua trahenda, vel dent introitum per hortos, domos et vineas suas: in omnibus vero pelagis aliis licet episcopo et canonicis et omnibus aliis piscare libere.

De his qui infringerit feriam vel mercatum.

Quicumque dirruperit mercatum de Palencia vel feriam, pectet decem et novem solidos. Qui vero aliquem venientem ad mercatum vel feriam, sine mandato majorini vel sagionis prendaverit in mercato vel in feria, pectet in coto quinque solidos: et det illud quod prendaverit suo domino; sed extra mercatum sine mandato majorini vel sagionis poterit qui voluerit prendari etiam in die mercati.

De excusatis episcopi.

Majordomus episcopi et majorinus et sagio et carpentarius et ferrero et repostero et azemelero et portero et hortolano et molinero et lavandera et pastor, et magister major de pescaria, omnes isti homines predam de episcopo non dent in aliqua facendera sed sint excusati de toto.

De calumniis et homicidio.

In omnibus calumniis et homicidio de Palencia si quis de manifesto venerit pro qualibet calumnia solvenda vel danda, vel si manifestos dederit fidejussores de danda ipsa calumnia sine alio indicio, solam medietatem cujuslibet calumnie et homicidii det et non amplius. Si vero negaverit ipsam calumniam vel homicidium et fidejussores de ruego dederit et postea convictus fuerit supra qualibet calumnia, pectet totam calumniam vel homicidium.

De pecta propter ossas.

Nullus vicinus vel vicina de Palencia det aliquid vel pectet propter ossas, vel aliquem pro eis roget, sed matrimonia sint libera.

De pecta propter casura.

Si puteus alicujus vel paries aut caballus, vel aliqua alia bestia vel casura alicujus rei, aliquem hominem mactaverit vel leserit, vel si homo mortuus quocumque modo in ribo inventus fuerit, nullus homo de Palencia pro eo aliquid pectet si vicinus de Palencia eum non occiderit. Quicumque hominem occiderit, pectet trecentum solidos.

De plagis.

Si plagam quis fecerit ita ut unum ossum fractum extrahatur, si fuerit facta in capite, quodlibet ossum fractum a capite abstractum habet decem et novem solidos; et si plura fuerint ossa, quodlibet ossum habet decem et novem solidos usque ad trecentum solidos, et non amplius.

De oculis erutis et membris abscisis.

Pro oculo eruto vel fracto centum solidos; et similiter si manus vel pes abscindatur, vel digitus seu aliud membrum, usquequo perveniatur ad trecentum solidos tantum. Pro unoquoque membro per se pectet centum solidos sicut superius dispositum est. Quicumque conventus super aliquo manifestus venit sine aliqua contradictione de calumnia danda vel de homicidio, medietatem tantum pectet calumnie vel homicidii. Qui vero negaverit et non venerit de manifesto et postea convictus fuerit, totam calumniam vel homicidium pectet.

De voce data majorini episcopi.

Qui voce supra qualibet re majorino episcopi dedit, si majorinus habuerit tres testes directos de voce sibi data, non possit eam sibi magis tollere. Si vero testes non habuerit, juxta quantitatem calumnie delindet se cum duodecim de manu volta, vel cum quinque qui caldam fecerint juxta electionem illius qui se habet delindare.

De calumniis.

Item non respondeat quis de villa de calumnia sine querelloso preter quam de morte hominis.

De piscariis

Qui pesqueram habuerit, si rivus eam fregerit, vadant domini sui post eam in sico ut faciant pesqueram in suum rectum.

De vi illata mulieribus.

Qui mulierem forzaverit comprobatam cum tribus legitimis testibus, pectet trecentum solidos. Si non fuerint testes, quibus possit sibi probari de forza facta et negaverit, salvet se cum quatuor, se pro quinto cum eis anumerato.

De apellido.

In nostro coto, de illo qui non exierit in apelido, nihil inde habet episcopus, nec ejus majorinus sicuti alius vicinus. Nos habemus nostros vinaderos et nostros mesgueros et de coto quod fecerimus super nostris vineis vel messibus, nihil inde debet habere episcopus; nec ejus majorinus nihil sicuti alius vicinus.

De vindemia episcopi.

Verumtamen in pago de oter de obispo et in veloza et in pago sancti Juliani a via inferius sicut itur ad vineam episcopi, in istos tres pagos, nullus debet vendimiare antequam episcopus vindemiet vel illi qui vineas istas pro eo tenuerint.

De defessa montis.

Defesam montis concilium de Palencia debet eam defensare; et in eam non habet facere legna, nec canonici, nisi quando concilium de Palencia dirruperit eam.

De his qui non habent filios.

Omnis homo de Palencia qui filium vel filiam non habuerit, det hereditatem suam et bona sua cuicumque voluerit.

De percussione majorini.

Qui maiorinum episcopi percuserit, directuras episcopi demandando, pectet triginta solidos et libores quos fecerit eum percutiendo: et ornet qui non sit merinus sicuti ornaret alium vicinum.

De percussione portarii vel sagionis.

Portarius et sagio demandando directuras domini episcopi habeat calumniam quinque solidorum, scilicet ut si quis eis abstulerit pignora, et similiter qui eos percusserit, pectet pró uno quoque eorum quinque solidos et insuper pectet livores quos fecerit et det eis orzam suam cum suo ei qui non sit portarius, vel sagio, sicuti daret alii vicino.

De querelosis.

Si vicinus Palencie dederit forum suum sagioni, scilicet unum denarium; et sagio noluerit dare pignora quereloso, monstret illud merino; et si merinus noluerit rem ipsam emmendare, ex tunc nullus homo de Palentia habeat eum pro sagione, usque dum merinus melioret fallentiam sagionis pro uno denario; et sagio det pignora quereloso et pro duobus denariis integret querelosum de pignoribus usque ad fiaduram.

De liboribus.

Similiter si merinus vel sagio episcopi vel portarius primo percusserit aliquem vicinum de Palencia et vicinus repercuserit eum, si libores aliquos fecerit, non pectet plus pro eo quam pro alio vicino. Si libores non fecerit, sic eum percutiendo, nihil pro eo pectet.

De peindra.

In tota Palencia nullus vicinus alium pendret, nisi cum sagione vel portario episcopi, exceptis illis qui collacios habent qui possint pendrare suos collacios sine sagione et portario episcopi et sine calumnia.

De peindra.

Verumtamen in omnibus solaribus de Palencia sagio et portarius episcopi habent pendrare preter quam in solaribus canonicorum in quibus non habent pendrare nisi merinus et sagio canonicorum; et exceptis solaribus canonicorum et aliorum sociorum in quibus nullus habet pendrare nisi decanus vel prior canonicorum; in illis scilicet solaribus in quibus canonici ipsi morantur.

Confirmatio donationis.

Et ego Raimundus, Dei gratia episcopus de Palencia ut predictum est, spontanea voluntate, bono animo, una cum consensu sociorum meorum ecclesie sancti Antonini canonicorum, et cum voluntate et concessione domini nostri regis Aldefonsi, hos omnes predictos foros dono concilio de Palencia presenti et futuro, et habendos in perpetuum concedo, salvo in omnibus et per omnia jure canonicorum: et in roboratione hujus carte duo mille morabetinos a concilio de Palencia accepi. Si quis vero hanc cartam donationis et concessionis et concilium de Palencia super hoc ocasione aliqua vexare, et foros nominatos infringere presumpserit, sit maledictus et excomunicatus, et iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum Iuda domini traditore penas patiatur eternas, et insuper regie parti mille libras auri purissimi pectet in coto; et vobis pro eo nominato concilio de Palencia damnum quod intulit duplatum persolvat. Facta carta in Rosorios de Fabaa aldea de Arevalo, era millessima ducentesima decima nona, decimo kalendas septembris. Et ego Raimundus secundus, episcopus palentinus, hanc cartam quam fieri mandavi, manu propria roboro et confirmo. Et nos totum capitulum de Palencia hanc cartam roboramus et confirmamus. Et ego rex Aldefonsus cum regina Alienor regnans in Toleto et Castella hanc cartam manu propia roboro et confirmo. Rodericus Guterii tenens Monzon testis confirmo. Petrus Fernandi tenens Donnas et Tariego confirmo. Garsias Martini et Rodericus Martini hereditarios in Valdepero testes.

Isti sunt de ecclesia Palentina.

Garnerius decanus confirmo. Bernaldus Johanis archidiaconus confirmo. Raimundus Giliberti archidiaconus confirmo. Martinus archidiaconus confirmo. Petrus sobrinus sacrista confirmo. Ferdinandus precentor confirmo. Petrus Martini preposi-

tus confirmo. Martinus capellanus episcopi confirmo. Bernaldus de Setmaneat prior confirmo. Nicolaus Martini canonicus confirmo. Bernardus Raimundi canonicus confirmo. Rodericus de Tornelis canonicus confirmo. Fernandus Sancii canonicus confirmo. Raimundus scriptor canonicus confirmo. Rodericus Petri canonicus confirmo. Petrus Berengarii canonicus confirmo. Dominicus Stephani canonicus confirmo. Mateus canonicus confirmo.

De Palencia testes.

Didacus Petri testis. Petrus Martini testis. Sancius Aznarez testis. Garsias Roderici testis. Stephanus Martini testis. Rodericus Miri testis. Stephanus de Corral testis. Bernaldus de Ponte testis. Et nos capitulum sancti Antonini auditores et confirmatores. Raimundus notarius scripsit et signavit ✠.

NOTA.

El obispo de Palencia no era soberano, y sin embargo aforaba pueblos en uso de la potestad dominical. No necesitaban serlo, pues, los señores de Vizcaya para dar los fueros á sus villas.

NUM. 163.

Donacion del monasterio de san Prudencio del monte Laturce al órden del Cister por don Diego Ximenez y doña Guiomar Fernandez de Traba su muger en 29 de agosto de 1181.

Archivo del monasterio de san Prudencio.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, amen. Cum

mundus, et universa quæ in mundo sunt, velut umbra celeritèr pertranseant, magna divinæ bonitatis gratia sunt illuminati qui largitate rerum temporalium gloriam sibi mercantur æternam, ut qui coguntur in momento relinquere mortalitatis conditionem, dispergendo Christi pauperibus, centuplicitèr possideant in superna beatitudine. Propter hoc igitur et ego Didacus Semenez cum uxore mea Guiomar, et sororibus meis domna Urraca, et domna Theresa, domnaque Sancia, et domna Maria, et cum omnibus filiis et filiabus nostris, et propinquis, sive consanguineis totius generis mei, nullo cogente vel violentiam nobis faciente, sed divina gratia bonam voluntatem, et promptam devotionem mentibus nostris inspirante, damus, et firma donatione concedimus ad honorem Dei omnipotentis, et gloriosæ Mariæ semper virginis, ordini cisterciensi, et vobis Lamberto abbati cum fratribus vestris tam præsentibus quam futuris in ordine cisterciensi permanentibus sive permansuris, Sanctum Prudentium cum omnibus pertinenciis suis, hoc est, monasterium sancti Prudencii, et omnem hereditatem, et cunctam substantiam, tam in rebus movilibus, quam immovilibus, quæ ad jus illius pertinere cognoscitur in villis, in campis, in montibus, in pascuis, in aquis, in decimis, in nemoribus, vel ubicumque possessiones illius fuerint. Ista omnia offerimus Deo, et beatæ Mariæ semper virgini, et ordini cisterciensi, ut et vos illa semper habeatis, et sine ulla contradiccione hereditatis jure possideatis vos scilicet et successores vestri de ordine cisterciensi: et hoc facimus ut participes simus orationum vestrarum, et præmiorum, et totius ordinis cisterciensis et omnium electorum Dei; pro salute omnium animarum nostrarum, et parentis nostri Semeni, et domnæ Mariæ uxoris ejus: hæc omnia confirmamus coram Deo et coram hominibus, et pro remissione peccatorum nostrorum, omniumque parentum nostrorum vivorum, atque defunctorum, et eorum qui post nos futuri sunt, et pro animabus omnium fidelium, quatenus dimissis peccatis nostris omnibus ab inferorum supliciis, et igne qui paratus est diabolo et angelis ejus, misericorditèr liberemur, et gaudia sempiterna cum electis Dei in

conspectu divinæ majestatis perenniter possideamus. Et notandum quod si vir vel femina de genere domni Didaci Semenez, et domnæ Guiomariæ uxoris ejus ad tantam paupertatem devenerit, ut omninò non habeat unde vivere possit, victum, et vestitum de pannis quibus utuntur monachi de monasterio sancti Prudencii percipere licebit in loco videlicet quod abbas dispossuerit, et tali tenore ut dum unus, vel una vixerit, alter, vel altera succedere nòn possit. De cætero volumus, ut abbacia et conventus ibi constituatur, ubi corpus sancti confessoris Prudencii quiescere creditur, et deinceps usque in finem libera sit abbacia sancti Prudencii, et ab omni remota impedimento servilis conditionis juxta formam ordinis cisterciensis. Ego Didacus Semenez, et uxor mea, et sorores meæ, qui hanc cartam cum filiis, et filiabus nostris facimus, eam confirmamus, et propria manu roboramus ✠. Et quicumque de genere nostro, vel alieno istam donationem nostram, communitèr et firmitèr factam, disrumpere voluerit, vel in judicium adducere, maledictus sit, nisi resipuerit, et excommunicatus, et cum Juda traditore in inferno perennitèr damnatus; qui insupèr mille aureos in coto regis persolvat, et post hoc omnem possessionem Sancti Prudentii, sicut tradita est Deo, et beatæ Mariæ, et ordini cisterciensi, absque ulla querimonia monachis in pace relinquatur. Facta carta in Juvera quarto kalendas septembris era millessima ducentessima decima nona; regnante rege Aldefonso in Castella, in Toleto, et in Extrematura; et in Navarra rege Sancio. Berengarius archiepiscopus tarraconensis confirmat. Rodericus episcopus calagurritanus confirmat. Joannes episcopus tirasonensis confirmat. Petrus episcopus pampilonensis confirmat. Bernardus Diaz testis. Petrus Garsiæ de Villalovar testis. Alfonsus Diaz testis. Garsias Lopez de Sagrero testis. Garsias Roiz filius Roderici Monnioz testis. Martinus Gombaldi testis. Didacus de Morales testis. Rodericus Garsiæ, et Petrus Garsiæ frater ejus de Alesanco testes. Petrus Fernandi testis. Fortunio Sancii testis. Martinus Aznar testis. Petrus Navarrus testis de Laguniella. Petrus alcalde de Lucronio testis. Arnaldus de la Tenda testis. Bernar-

dus de la Tenda testis. Petrus Belasci de Ocon testis. Petrus Quadro testis. Petrus Brun filius ejus testis. Arnaldus Juglar testis. Petrus Semenez de Nalda testis. Petrus de Alverite testis. Joannes Lain testis. Omnes isti vissores, et auditores, et confirmatores, et testes.

NOTA.

Esta escritura sirve para conocer la genealogía de los señores de Cameros enlazada con la de los de Vizcaya y su historia.

NUM. 164.

Fuero de Vitoria dado por el rey de Navarra don Sancho el Sabio en setiembre del año de 1181.

Archivo de Vitoria y Landazuri en su historia.

In nomine omnipotentis Dei. Ego Sancius, Dei gracia rex Navarræ, facio hanc cartam confirmationis et roborationis vobis omnibus populatoribus meis de Nova Victoria tam presentibus quam futuris. Placuit mihi libenti animo et sana mente populare vos in prefata villa, cui novum nomen imposui, scilicet Victoria que antea vocabatur Gasteiz.

Et dono vobis et concedo ut in omnibus iudiciis et causis et negociis vestris illud idem forum habeatis, et omni tempore teneatis quod burgenses de Lucronio habent et possident, excepto quod clerici et infanzones, quos in vestra populatione vobis placuerit recipere, domos in eadem populatione, magis quam vestras, liberas non habeant, et in omni vestro comuni negotio vobiscum pectent.

In ecclesiis etiam vestris (quas mihi in propias capellas retineo) episcopus non accipiat nisi quartam partem decimarum.

Clerici vero in ipsis constituti tres partes decimarum in omnes oblationes ecclesiarum in pace recipiant et possideant.

Et ut plenius singula de consuetudine, et foro vobis dato in memoria retineantur, dono vobis ipsam villam que dicitur Nova Victoria, cum omnibus terminis suis populatis et heremis quos in presenti possidet vel aliquando possedit, et cum omnibus pertinentiis suis qui ei pertinent, vel pertinere debent.

Antiqui tamen laboratores qui antea ibi fuerant, et qui in loco eis assignato ibi manere voluerint, habeant separatam medietatem hereditatum: vos vero qui novi estis, habeatis aliam medietatem, et dividatur inter vos.

Et ubicumque inveneritis maderam pro facere domos, et ligna pro cremare, accipite ea sine ulla contraria, exceptis cognitis defesis in quibus non licet accipere.

Bobes quoque vestri, et oves, et bestie pascant ubicumque herbas inveneritis: et non detis herbaticum si ipsa nocte ad vestros terminos redierint.

Omnes etiam hereditates patrimonii vestri quas nunc habetis, vel ex hinc adquirere potueritis aut comparavistis, liberas habeatis et ingenuas, et numquam *pectetis* pro eis *morturam* neque aliquod debitum, sed facite ex eis totam vestram voluntatem.

Dominus enim qui pro rege ipsam villam tenuerit, numquam in aliquo vobis forzam faciat, et non ponat super vos extraneum merinum, neque sajonem, nisi illum quem vicinum habueritis: et si merinus eius in vestras casas per forzam intraverit, et aliquid inde violenter extraxerit, et ibi occisus fuerit, non pectetis pro illo homicidium.

Habeatis semper alcaldem de vicinis vestris quem elegeritis et si bonus et fidelis non fuerit, mutate ullum quando volueritis, et non accipiat de vobis *novenam*, neque *arinzaticum*; sed ipse qui homicidium vel caloniam acceperit, pectabit alcaldem et sajonem.

Si aliquis homo occisus fuerit in villa vestra, vel in terminis vestris, pro eo non detis homicidium de communi concilio. Sed si unus occiderit alterum, et duo vicini hoc testificave-

rint, homicida ipse pectet ducentum quinquaginta solidos. Et aliis ducentum quinquaginta solidos pro anima regis dimitantur. Et sic de omnibus caloniis medietatem dimito, nec scribitur in hoc privilegio, nisi quod pectare debetis.

Si aliquis homo intra villam vestram traxerit ferrum exmolatum pro ferire hominem, vel feminam, perdat manum dextram, vel redimat illam, si dominus ville per forum vestrum ei firmare potuerit.

Quicumque per forza in domo hominem incluserit, pectet triginta solidos. Et qui de domibus vestris per forzam pignora vel aliquid extraxerit, pectet triginta solidos.

Et si unus percuserit alterum ita quod sanguis exeat, pectet quinque solidos, et si sanguis non exierit, pectet duos solidos, et sex denarios. Et si qui percusus est, de hoc testes non habuerit, audiat sacramentum alterius.

Si aliquis percuserit mulierem coniugatam, et decem testes legales potuerit de hoc dare, malefactor pectet triginta solidos: sed si firmare non potuerit, audiat suam juram.

Si femina percuserit virum habentem uxorem, pectet triginta solidos. Et si acceperit illum per capillos, vel barbam, vel per genitalia, redimat manum pro quanto potuerit habere amorem in domino, vel sit fustigata.

Et si femina percuserit alteram virum habentem, vel ejecerit tocas suas, et ceperit illam per capillos, pectet decem solidos.

Si aliquis invenerit hominem in suo horto, vel in sua vinea per diem damnum facientem, pectet quinque solidos. Et si per noctem fuerit inventus, pectet decem solidos. Et si malefactor negaverit, dominus hereditatis iurabit, et habebit medietatem calumnie et dominator ville medietatem.

Si caballus vel equa fuerit per diem in pignore, habeat engueras sex solidos; et si per noctem, duodecim solidos. Si vero in hoc pignore moriatur caballus, centum solidos dentur pro illo; pro equa quinquaginta solidos; mulus et asinus habeant engueras in die tres denarios, et in nocte sex denarios. Si moriatur in pignore, viginti solidos.

Habeatis liberam licentiam comparandi oves et animalia pro carnibus et etiam ropam; et non detis proinde auctorem, sed date vestram juram quod comparavistis hec. Sed si caballum, vel equum vel mulum, aut bobem, aut asinum, comparaveritis cum testibus de via regis, vel de mercato, non dedetis auctorem; sed jurabitis quod comparavistis hec, et nescitis de quo homine; et nominabitis pretium et ipse reddet vobis pretium quod dedistis, et recuperavit suam bestiam. Jurabit tamen prius quod istam bestiam non vendidit, nec donavit, neque prestavit, sed quod fuit ei furtata.

Vicinus vester vel extraneus qui sacramentum debuerit dare vel recipere, non juret in alio loco nisi in ecclesia sancti Michaelis, que est ad portam ville vestre. Et si volueritis iuram pro amore Dei soltare, non pectet calumniam debitor sacramenti, neque receptor. Et qui fuerit fidancia, de judicio non respondeat de medio anno in antea.

Habeatis semper medianetum vestrum ad portam ville vestre, et facite directum quale iudicatum fuerit, omnibus hominibus qui de vobis rencuram habuerit, et non habeatis forum de ferró, neque de aqua calida, neque de batalia. Sed si aliquis habuerit rencuram de vobis, et potuerit firmare vobis cum duobus vestris vicinis, pectabitis calumniam qualem judicata fuerit. Et si non potuerit firmare, audiat suam juram, et dimittat illum in pace. Et alius homo non firmet vobis nisi qui vicinus vester fuerit.

Si dominus vester habeat rencuram de aliquo vicino vestro, pectet ei fidantiam. Et si ibi fidanciam dare non potuerit, ducat illum per medio ville. Et si neo ibi fidantiam non dederit, pro ea ponat illum in carcere, et in exitu non donet carcerationem. Sed si de aliquo extraneo habeat rencuram et ipse per forum vestrum directum non compleverit, ponat illum in carcere. Et in exitu donet pro carceratio trecem denarios.

Et si unus de vobis habeat rencuram de alio, monstret ei sigillum regis. Et si super sigillum, fidanzam non dederit antequam nox transeat, pectabitis duos solidos, et sex denarios.

Quicumque inter vos comparaverit hereditatem, com-

paret illam per cartam et habeat inde testes et fidanciam.

Et qui fecerit molinum in sua propia hereditate, vel furnum, habeat illum liberum, et ingenuum et non donet inde partem regi. Sed si in aqua regis vel in hereditate illum fecit, non accipiat rex in primo anno partem: transacto primo anno ponat medietatem in misionibus et de reditu accipiat medietatem.

Non habeatis forum de pesquisa, neque de maneria neque de sajonia, neque veniatis in hoste, nisi ad litem campalem.

Et qui venerit ad vestram villam cum mercatura, non donet *lezdam* nisi in die de mercato.

Si dominus vester, vel alius homo voluerit vos adducere ante regem pro aliquo iudicio, habeatis vestras corseras veniendi usque ad Arluceam et Stellam, et Bernetum, et Portella.

Et per singulos annos ad festum sancti Michaelis de una quaque domo mihi, et successoribus meis, duos solidos reddatis. Et nisi cum vestra bona voluntate, nullum aliud servicium faciatis.

Hec quoque omnia suprascripta et alia que de foro Locronii sunt, vobis dono, et confirmo, et omni vestre posteritati ut habeatis illa, et possideatis salva, et libera nunc et per secula, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate nunc et in perpetuum, amen.

Ego quidem rex Santius hanc cartam quam fieri iusi, laudo et propia manu hoc signum ✠ confirmationis facio.

Facta carta in Stella mense septembris era millessima ducentesima decima nona: regnante me Dei gracia rege Sancio in Navarra et in Tutela. Sub mei dominatione episcopo Petro in Pampilonensi ecclesia. Episcopo Roderico armentiensem ecclesiam regente. Joanne episcopo Tutelanam. Sancio Remiri dominante Funes. *Diago Lupi Alava et Guipuzcoa.* Garcia Bermudi Petralta. Sancio Remiri, Marannon. Gomiz Martini Buradon. Alvaro Munioz Treviño. Jordano de Penna, Roda. Eneco Almorabit Sangüesa. Ego quoque Ferrandus,

Domini regis notarius, eius iusione hanc cartam scripsi, et hoc signum feci.

NOTAS.

1 Esta preciosa escritura destruye totalmente la fábula de la república alavesa; pues vemos que el rey de Navarra don Sancho *el Sabio*, despues de confirmado en la soberanía de Alava por el tratado de paces con don Alfonso VIII de Castilla en abril de mil ciento setenta y nueve, pensó fundar y fortificar una ciudad y plaza de armas fronteriza contra la de Morillas, que se habia dado á la corona castellana, y lo practica en el lugar de Gasteiz: testimonio auténtico de que podia exercer su voluntad en Alava tanto como en Navarra; lo qual no podia ser cierto si Alava fuera república y estado libre soberano independente; fuera de que dixo en la escritura que todos los fueros daba sin perjuicio de la fidelidad que le habian de conservar los vecinos de Gasteiz, y los nuevos pobladores para sí y sucesores en su trono.

2 Los fueros dan testimonio que Alava no tenia franquezas tan apreciables como Logroño, pues caso de tenerlas, era ocioso y aun ridículo el pedirlos y concederlos: los vecinos de Gasteiz no los hubiesen admitido, y los otros alaveses no hubieran ido á poblar la nueva villa de Vitoria.

3 En quanto á pechos y tributos testifican, que tanto los vecinos de Gasteiz como los nuevos pobladores, habian de pagar dos sueldos por cada casa en el dia de san Miguel de cada año, amas de las muchas contribuciones indirectas que se espe-

cifican, con la circunstancia de no ser exêntos los clérigos.

4 El rey se reservó las iglesias de Vitoria para capillas propias, y dispuso de ellas como consideró conveniente, cuya cláusula justifica la pertenencia de su patronato á la real persona mientras no conste que algun rey posterior lo cediese á los cabildos eclesiásticos, en quienes está por ahora.

NUM. 165.

Fueros de Antoñana, villa de Alava, dados por el rey de Navarra don Sancho el Sabio *en enero de 1182.*

Archivo de la cámara de Comptos de Navarra en Pamplona; cartulario del rey don Teobaldo.

In nomine domini nostri Jesu-Christi. Ego Sancius Dei gratia rex Navarre facio hanc cartam omnibus populatoribus meis de Antonnana tam presentibus quam futuris. Placuit mihi optimo corde et bona voluntate quod a potestate perturbantium vos liberare volui, et a consuetudinibus et pessimis subjectionibus vos extraxi, et bonos foros et bonas consuetudines in perpetuum vobis concedo et omni generationi vestre, ut in prefata villa populetis et in bona quiete semper maneatis. In primis constituo vobis quod in omnibus negociis et causis et judiciis vestris illum idem forum habeatis quod mei populatores de Lagoardia habent. Constituo vobis quod de omnibus decimis episcopus non accipiat nisi quartam partem: et clerici qui divinum oficium celebrant et qui pro vobis et nobis in psalmis et himnis et canticis spiritualibus Deo laudes persolvunt, tres partes decimarum et oblationes ecclesiarum in pace recipiant, et possideant; et pro animabus omnium pa-

rentum meorum et remissione peccatorum meorum. Et eos liberos facio et immunes ab omni servitute ut nunquam peccent in aliquo, nec etiam vigilent nisi in orationibus et canticis omnipotentis Dei. Et non sit ausus aliquis eorum in aliquo perturbare. Et supra hoc etiam confirmo omnibus populatoribus meis ut omnes hereditates vestras liberas et absolutas habeatis ita quod istas quas nunc habetis vel acquirere ex hinc potueritis, nunquam in participacione populatores ponantur et super hoc condono vobis et confirmo omnes terminos quos ego vobis dono ut eos pacifice et in bona securitate semper habeatis; scilicet de ponte Frasneto usque ad arborem Burrendes et usque ad arborem sicam et usque ad Tologam et usque ad crucem Sancti Romani, et usque ad Azaeta, et usque ad Anzargarri et usque ad Sanctum Vincentium de Galguitu; et ex inde usque ad ecclesiam sancti Saturnini, et usque ad crucem de Ossanar et usque ad vadum de las Pensuras; et usque ad rotam de Maines; et usque ad arbores crucis de Manteio; et usque ad sumum de Faitello; et usque ad roborem Petrole; et usque ad sumum de Fornello et usque ad forcilium de Arzalon; et usque ad rotam de Sancho Piedrola: et super hoc dono vobis Ossategui et Loma cum omnibus terminis suis; et adhuc supradictos terminos vobis confirmo et corroboro cum montibus, et cum herbis et cum aquis et cum omnibus pertinentibus suis. Et ubicumque inveneritis herbas, pascatis eas cum animalibus vestris, et non detis herbaticum si in nocte ad terminos suos redierint. Et in montibus meis et in silvis accipite maderam ad domos vestras faciendas, et propter hoc neque dominus ville, neque majorinus meus conferat vobis molestiam. Omnes infanzones que venerint populare, sint liberi cum omni acquisitione sua et cum omnibus hereditatibus suis sicut esse debent. Quicumque comparaverit pezam vel vineam vel aliquam hereditatem, habeat inde testes et fidejusorem et cartam. Et postquam tenuerit annum et diem illam hereditatem in peza, si quis posuerit malam vocem in ea, pectet triginta solidos. Qui fecerit furnum vel molinum in sua propia hereditate, non dabit nisi quinque solidos regi, et

si fuerint in medietate aque, nisi extraserit aquam de matre, vel in propria hereditate regis, in primo anno accipiat quantum inde exierit pro suo labore: de primo anno in antea accipiat rex medietatem et ponat in misionibus medietatem. Et si quis vicinorum vel extraneus a domibus vestris per vim pignora vel aliquid extraxerit, pectet triginta solidos. Si quis mortus fuerit imbentus in villa vestra vel extra villam sive in terminis vestris, pro eo non detis homicidium; sed si unus occiderit alterum, et tres vel duo vicini hoc testificati fuerint, ipse homicida persolvet ducentum et quinquaginta solidos, nisi rex voluerit facere justitiam de illo. Et si aliquis infra villam traxerit gladium vel ferrum exmolatum ut feriat aliquem, perdat manum desteram, vel redimat illam, si dominus per forum vestrum ei firmare potuerit. Si unus percuserit alterum ita ut sanguis exeat, pectet quinque solidos; et si sanguis non exierit, pectet duos solidos et sex denarios: et si hoc firmare non potuerit, audiat suam juram. Si mulier percuserit hominem usorem habentem, et hoc probare potuerit, pectet triginta solidos. Si mulier acceperit virum per barbam vel per genitalia aut per capillos, redimat manum vel sit fustigata. Si percuserit aliam conjugatam vel projecerit tocas suas, et ceperit illam per capillos, et percusa hoc probare potuerit cum duabus legitimis mulieribus, persolvat triginta solidos; et dominus ville habeat medietatem, et percusa medietatem. Si caballus vel equa fuerit per diem in pignore, habeat in anguera sex denarios et de nocte duodecim denarios: mulus et asinus per diem tres denarios et nocte sex denarios: et si caballus in hoc pignore moriatur, pectet centum solidos et pro equa quinquaginta solidos; et pro mulo et pro assino viginti solidos. Et dono vobis licenciam comparandi pannos, ropam, obes, capras, porcos, pro carnibus; et non detis auctorem inde, set jurabitis quod comparati sint. Si caballum vel equam, mulum et assinum vel bobem comparaveritis in via regis cum duobus vel tribus testibus, non dabitis auctorem, set dabitis vestram juram quod comparabistis eam, et nescitis de quo homine, nominando pretium, et si ipse redat pretium, recupe-

ret suam bestiam; jurabit tamen prius quod istam bestiam non vendidit, neque donavit neque imprestavit sed quod ei fuit furtata. Vicinus vester vel extraneus qui sacramentum dederit vel receperit, juret in ecclesia sancti Cipriani que est ad portam ville vestre; et si pro amore Dei vel pro anima regis juram voluerit dimitere, non persolvat calumniam devitor neque receptor. Qui fuerit fidanza de judicio, non respondeat inde de medio anno in antea. Habeatis medianetum ad portam ville vestre et facite directum quod judicatum fuerit a judice vestro omnibus qui de vobis rencuram habuerint et non habeatis forum de igne, neque de aqua, neque de batalla; sed si aliquis habuerit rencuram de vobis et potuerit firmare cum duobus vicinis vestris, emendabitis et persolvetis calumniam, qualem judicaverit; et si firmare non potuerit, audiat juram de quo rencuram habet, et alius non firmet vobis nisi vester vicinus. Si dominus vester vel alius extraneus homo vos voluerit ducere ad curiam regis propter juditium, non eatis nisi ad vestras corseras; scilicet usque ad Stellam, Mendabiam, Lucronium, Sanctum Vincentium, Portellam, Victoriam novam et Arluceam. Dominus qui pro rege villam vestram mandaverit, nunquam in aliquo vobis forzam faciat, sed si rencuram habuerit de aliquo vestro vicino, demandet ei fidejusorem; et si habere non potuerit, faciat illum ducere de uno capite ville usque ad alium; et si ibi fidanciam non potuerit habere, mitat illum in carcerem; et cum inde exierit, non det pro carcelatico nisi tres obolos: et si aliquo extraneo rencuram habuerit et secundum forum vestrum directum non compleverit, mitat eum in carcerem, et in exitu non donet pro carcelatico nisi duodecim denarios. Ipse dominus non ponat super vos maiorinum, neque saionem qui non sit populator et vicinus vester; et si maiorinus ejus in vestras casas per forzam intraverit, et ibi occisus fuerit, non detis pro eo homicidium. Et habeatis semper de vicinis vestris alcaldem illum quem elegeritis; et si bonus et fidelis non sit, ponite alium; et non accipiat de vobis novenam neque arenzaticum, sed ipse dominus qui homicidium et calumniam recipit, pacquet

alcaldem et saionem. Si unus vestrorum habuerit rencuram de altero, monstret ei sigilum de saione ville; et si propter sigilum antequam nox transeat emendationem non fecerit, et fidanciam de directo non preparaverit, pectabit duos solidos et sex denarios. In omnibus rebus et causis que in ista carta continentur et que non continentur, concedo vobis et successoribus vestris forum de Lagoardia, excepto quod ad festum sancti Michaelis persolvatis mihi et successoribus meis de unaquaque domo annuatim tres solidos et nisi ex propia voluntate vestra nullum aliud servicium faciatis. Hoc igitur forum et consuetudines superscriptas dono et firmo vobis tam presentibus quam futuris, ut teneatis illas, et habeatis salvas et liberas nunc et in perpetuum, salva mea fidelitate et omni mea posteritate per secula cunta amen. Quicumque contra superscriptas consuetudines facere persumpserit, sit segregatus ab omni beneficio Dei amen. Ego quoque rex Sancius hanc cartam quam fieri iusi, laudo et confirmo et propia manu signum confirmationis facio ✠. Facta carta apud Tutelam mense januari sub era millessima ducentesima vigesima. Regnante me Dei gracia Sancio in Navarra. Sub mea dominatione tunc erat episcopus Petrus in Pampilona. Episcopus Rodericus in Calagurra. Episcopus Joannes in Tutela. Sancius Ramiri in Funes. Garcia Bermudii in Peralta. Didacus Lupi in Alava et in Ipuzcoa. Ferdinandus Roderici in Stella et Aslucea. Alvaro Vele in Treviño. Sancius Ramiri in Maranon. Gomiz Martinez in Antonnana et in Punicastro. Enego Almorabit in Sangosa. Jordan de Pena in Roda. Fernandus, notarius regis, jusione domini hanc cartam scripsit et hoc signum fecit ✠.

NOTA.

Estos fueros de Antoñana confirman lo mismo que se ha dicho en los de Vitoria sobre la soberanía de los reyes en Alava.

NUM. 166.

Fueros de Bernedo, villa de Alava, dados por el rey de Navarra don Sancho el Sabio *en enero de 1182.*

Cartulario 3 del archivo de la cámara de Comptos de Pamplona.

In nomine domini nostri Jesu-Christi. Ego Sancius Dei gratia, rex Navarre, facio hanc cartam omnibus populatoribus meis de Bernedo tam presentibus quam futuris: placuit mihi optimo corde et bona voluntate quod a potestate perturbantium vos liberare volui, et a consuetudinibus et pessimis subjectionibus vos extraxi, et bonos foros et bonas consuetudines in perpetuum vobis concedo et omni generationi vestre, ut in prefata villa populetis et in bona quiete semper maneatis.

In primis constituo vobis quod in omnibus negociis, et causis et judiciis vestris illud idem forum habeatis quod mei populatores de La-Goardia habent. Constituo vobis quod de omnibus decimis episcopus non accipiat nisi quartam partem, clerici vero qui divinum celebrant oficium et pro vobis et nobis in psalmis, et himnis et canticis spiritualibus Deo laudes persolvunt, tres partes decimarum et oblationes ecclesiarum in pace recipiant et posideant; et pro animabus omnium parentum meorum et remisione pecatorum meorum eos liberos facio et inmunes ab omni servitute ut nunquam pectent in aliquo nec etiam vigilent nisi in orationibus et canticis omnipotentis Dei, et non sit ausus aliquis eorum in aliquo perturbare. Et super hoc confirmo etiam omnibus populatoribus meis ut omnes hereditates vestras liberas et absolutas habeatis et quas nunc habetis vel adquirere ex hinc potueritis, nunquam in participatione populature ponatis. Et super hoc condono vobis et confirmo omnes terminos quod ego vobis dono, ut eos pacifice et in

bona securitate semper habeatis, scilicet de eclesia beati Juliani de Uxanavilla usque ad crucem Sancti Romani de Hazaeta; et ad eclesiam Sancti Christofori de Hizqui; et usque ad Lachibar et a Penalta; et aduc supradictos terminos vobis confirmo et corroboro cum montibus, et cum herbis, et cum aquis, et cum omnibus pertinenciis suis. Et ubicumque inveneritis herbas, pascatis eas cum animalibus vestris; et non detis herbaticum si in nocte ad terminos vestros redierint. Et in montibus meis, et in silvis accipite maderam ad domos vestras faciendas, et propter hoc neque dominus ville neque maiorinus meus conferat vobis molestiam. Omnes infanzones qui venerint ibi populare, sint liberi cum omni adquisitione sua et cum omnibus hereditatibus suis, sicut esse debent. Quicumque comparaverit pezam vel vineam, vel aliquam hereditatem, et habeat inde testes, et fidejusorem et cartam, et postea tenuerit per annum et diem illam hereditatem in pace, si quis postea possuerit malam vocem in illa, pectet triginta solidos. Qui fecerit furnum vel molinum in sua propia hereditate, non det nisi quinque solidos regi; et si fecerit extrahendo aqua de matre, det quinque solidos regi. Et si quis vicinorum vel extraneus a vestris domibus per vim pignora vel aliquid extraxerit, pectet triginta sollidos. Si quis mortuus fuerit inventus in villa vestra, seu extra villam sive in terminis vestris, pro eo non detis homicidium; sed si unus occiderit alterum, et tres vel duo vicini hoc testificare fecerint, ipse homicida solvat ducentum quinquaginta solidos, nisi rex voluerit justitiam facere de illo. Et si aliquis infra villam vestram traxerit gladium vel ferrum exmolatum ut feriat aliquem, perdat manum dexteram, vel redimat illam dominus per forum vestrum si ei firmare potuerit. Si unus percuserit alterum, ita ut sanguis exierit, pectet quinque solidos; et si sanguis non exierit, pectet duos solidos et dimidium; et si hoc firmare non potuerit, audiat suam juram. Si mulier percuserit virum uxorem habentem et hoc probare potuerit, pectet triginta solidos. Si mulier acceperit virum per barbam, vel genitalia aut per capillos, redimat manum vel sit fustigata: si percuserit aliam conjuga-

tam vel projecerit tocas suas, et ceperit illam per capillos, et percusa probare potuerit cum duobus legitimis mulieribus, persolvat triginta solidos, et dominus ville habeat medietatem. Si caballus vel equa fuerit in pignore, per diem habeat in angueras sex denarios, et si de nocte, duodecim denarios; mulus vel asinus per diem, tres denarios, et in nocte sex denarios; et si caballo in hoc pignore moriatur, pectet centum solidos; et pro equa quinquaginta solidos, et pro mulo et pro asino viginti solidos. Et dono vobis licentiam comparandi pannos, ropam, aves, capras, porcos pro carnibus, et non detis autorem inde, sed jurabitis quod comparata sint. Si caballum vel equam, mulum, et asinum vel bobem comparaveritis in via regis cum duobus vel tribus testibus, non dabitis actorem, sed dabitis vestram juram quod comparavistis eam, et nescitis de quo homine, nominando precium: et ipse redat precium et recuperet suam bestiam; jurabit tamen prius quod istam bestiam non vendidit, neque donavit neque imprestavit, sed quod ei fuit furtata. Vicinus vester vel extraneus qui sacramentum dederit vel receperit, juret in eclesia sancti Estefani extra portam ville vestre, et si pro amore Dei vel pro anima regis juram voluerit dimitere, non persolvat calumniam devitor neque receptor: qui fuerit fidanza de judicio non respondeat inde de medio anno in antea. Habeatis medianetum ad portam ville vestre et facite directum quod judicatum fuerit a judice vestro omnibus hominibus, qui de vobis rencuram habuerint. Et non habeatis forum de igne, neque de aqua, neque de batalla; set si aliquis habuerit rencuram de vobis et potuerit firmare cum duobus vicinis vestris, enmendabitur et persolvat calumniam qualem judicaverit, et si firmare non potuerit, audiat juram de quo rencuram habet, et alius non firmet vobis nisi vester vicinus. Si dominus vester vel alius extraneus homo vos voluerit ducere ad Curiam regis propter judicium, non eatis nisi ad vestras corseras; scilicet usque ad Stellam, Mendabiam, Lucronium, Sanctum Vincentium, Portellam, Vitoriam novam et Arluceam. Dominus qui pro rege villam vestram mandaverit, nunquam in aliquo vobis fortiam faciat, et

si rancuram habuerit de aliquo vestro vicino habente conquerentem, demandet ei fideiusorem, et si fideiusorem habere non potuerit, faciat illum ducere de uno capite ville usque ad aliud, et si ibi fidanciam non potuerit habere, mitat illum in carcere, et cum inde exierit, non det pro carceratico nisi tres obolos. Et si de aliquo extraneo rancuram habuerit et secundum forum vestrum directum non compleverit, mitat eum in carcerem et in exitu non donet pro carceratico nisi viginti duos denarios. Ipse dominus non ponat super vos maiorinum neque saionem qui non sit populator et vicinus vester, et si maiorinus eius in vestras casas per forzam intraverit, et ibi occisus fuerit, non detis pro eo homicidium. Habeatis semper de vicinis alcaldem illum quem elegeritis, et si bonus et fidelis non sit, ponite alium, et non accipiat de vobis novenam neque arenzaticum, sed ipse dominus qui homicidium et calumniam recipit, pacquet alcaldem et saionem. Si unus vestrum habuerit rencuram de altero, mostret ei signum regis, et si propter sigilum antequam nox transeat enmendacionem non fecerit, et fidanciam de directo non preparaverit, pectabit duos solidos et dimidium. In omnibus rebus et causis que in ista carta continentur et que non continentur, concedo vobis et successoribus vestris forum de La-Goardia; excepto quod ad festum sancti Michaelis persolvatis mihi et successoribus meis de unaquaque domo annatim duos solidos, et nisi ex propia voluntate vestra nullum alium servitium faciatis. Hoc igitur forum et consuetudines supra scriptas dono et confirmo vobis tam presentibus quam futuris ut teneatis illas et habeatis salvas et liberas nunc et in perpetuum salva mea fidelitate et omni mea posteritate per secula cuncta, amen. Quicumque contra supra scriptum forum vel contra supra scriptas consuetudines facere presumserit, sit segregatus ab omni beneficio Dei, amen. Ego quoque rex Sancius hanc cartam quam fieri jussi, laudo et confirmo, et propia manu signum confirmacionis facio ✠. Facta carta apud Tutelam mense januarii era millessima ducentesima vigesima, regnante me Dei gracia Sancio in Navarra. Sub mea dominatione tunc erat episcopus Petrus in

Pampilona. Episcopus Rodericus in Calagurra. Episcopus Joanes in Tutela. Sancius Ramiri in Funes. Garseas Bermundi in Petralta. Didacus Luppi in Alava. Alvar Diaz in Trevinno. D. Gomiz Martinez in Antonnana, et in Punicastro. Enneco Almoravid in Sangosa. Jordan de Pena in Rada. Ferdinandus notarius regis jusione domini hanc cartam scripsit et hoc fecit signum ✠.

NOTA.

Estos fueros son y prueban lo mismo que los de Antoñana.

NUM. 167.

Donacion de una heredad en Villano á favor del monasterio de Buxedo por don Lope de Mena en 10 de marzo de 1185.

Archivo de Buxedo.

In Dei nomine. Manifestum sit omnibus fidelibus tam laicis quam clericis, quod inter cætera pietatis opera maximè commendatur eleemosina; et quod ego Lupus de Mena universam hereditatem quam habeo in Villanno cum ingresionibus et egresionibus, et cum omnibus ad usus necessarios pertinentibus et cum divisa domnæ Elviræ sororis meæ usque ad petram rivi, ecclesiæ et monasterio Buxeti, et Sancio abbati, et fratribus ejusdem loci jure hereditario et perpetuo pro eleemosina do. Testes et auditores sunt isti: Petrus sobrinus cappellanus Osme; domnus Petrus presbiter de Berberana; Martinus presbiter de Murieta; domnus Fortunius de Osma; domnus Marcus; Rodericus filius domni Lupi; et Didacus frater ejus; Petrus Martinez de Villanno; Lope Alvarez; Lope Tellez. Istis videntibus quarto idus februarii ingressi sumus hereditatem in eleemosina data. Hæc venditio et hec descriptio donatione facta est in anno illo in

quo rex Aldefonsus in nazarensi urbe curiam suam congregavit; et in quo domnus Petrus comes Galletiam perrexit. Quicumque enim hanc cartam violare et delere tentaverit, sit anathema maranata cum Juda traditore, et in censu regiæ potestatis mille moravetinos det, et damnum duplicatum omni occasione remota persolvat. Regnante rege Aldefonso in Castella et in Toleto, et Didaco Lopez regis alferiz totam Borobiam, et Castellam, et Riviogiam procurante: Rodericus Gutierrez majordomus; Lope Diaz tunc erat præpositus regis in Castella. In illo tempore, quo hæc facta sunt, isti erant antistites: Martinus pontifex burgensem diœcesim gubernabat: Rodericus episcopus Calagurri curam animarum providebat. Facta carta in ecclesia sanctæ Mariæ de Ircio era millessima ducentesima vigesima tertia, sexto idus martii. Hanc cartam ego domnus Lupus confirmo, et roboro in præsentia domni Didaci, et fratris ejus Garsiæ. Affuerunt etiam et alii, videlicet, Martinus Bravo, et Petrus narbonensis, et Allefonsus maiorinus eorundem fratrum. Hæc confirmatio et roboratio eodem die facta est ad Pontem de la Rath.

NOTA.

Esta escritura utilísima para la historia nacional por las noticias con que se calendó, lo es tambien para mi objeto, porque hace ver que don Diego Lopez de Haro, señor de Vizcaya, servia el alferazgo de Castilla, y los gobiernos de Bureba, Rioja y Castilla Vieja de Valpuesta.

NUM. 168.

Donacion de una parte del monasterio de Osma de Valdegobia en Alava en favor del abad y monges de Buxedo en 27 de abril de 1185.

Archivo de Buxedo.

Principium scripti fiat sub nomine Christi. Ego Lupus de Mena considerans res temporales caducas atque transitorias, atque animas hominum sicut plumbum in aquis vehementibus gravantes, quoniam pertimui Deum per me metipsum placare nequire, animadverti buxetensium fratrum conventum in precibus assiduum, ut qui me juvarent, eos de hereditate mea juvare decrevi, unde gratia Dei me inspirante, partem meam monasterii oxomensis, Sancio abbati Buxeti, conventuique sibi subjecto, et suis successoribus dono et concedo cum suis egressibus, et regressibus, cum montibus et fontibus, et omnibus ad monasterium illud pertinentibus. Hoc confirmat Sancia uxor mea cum omnibus filiis meis. Hujus doni, hujusque roborationis sunt testes Diago Lopez Nazaræ, Rivogiæ, Borobiæ, Castellæ dominator; Gonzalvo Gomez; Gonzalvo Fedo; Sancho Lopez de Torres el tio; Lope Lopez de Villananne; Martinus Salomon. Si quis de progenie mea vel de aliena hoc donum sive hanc roborationem disrumpere voluerit, in inferno cum Juda traditore damnetur, et pectet regiæ parti mille talenta. Ego Didacus Lupi pro remedio animæ patris mei, et parentum meorum, atque pro incolumitate mea dono et roboro unum solarium cum divisa Mariæ sororis meæ in Villamadernia Sancio abbati de Buxedo, conventuique sibi subjecto, et omnibus successoribus ejus. Hujus doni, atque roborationis sunt testes Lope Lopez de Villananne. Petrus presbiter ejusdem villæ. Ochoa Didaci. Munio de Nograro. Petrus Sobrinus, et socer ejus Dominicus Joannes. Facta carta

era millessima ducentesima vigesima tertia, quinto kalendas maji, regnante rege Aldefonso in Toleto et in Castella; Ferrando comite; Didaco Lupi signifero. Lupo de Fitero judice, et majori merino Castellæ; Auriolo et Borrego prætoribus honoris Didaci Lupi.

NOTA.

Esta escritura confirma lo primero la exîstencia de patronatos laycales en Alava: lo segundo, que don Diego Lopez de Haro, señor de Vizcaya, proseguia sirviendo al rey de Castilla en el empleo de alferez y en el gobierno de Náxera, Rioja, Bureba, y Castilla la Vieja de Valpuesta.

NUM. 169.

Venta y donacion de una heredad sita en Afostria en favor del monasterio de Buxedo por don Lope Sanchez de Mena en 13 de junio de 1186.

Archivo de Buxedo.

Ego Lupus Sancii de Mena, considerans res mundanas caducas et transitorias, feci venditionem et donationem meæ hereditatis Afostriæ Sanctio abbati Buxeti, omnibusque successoribus ejus, cum omni meo jure, meorumque parentum, et foro, et more, et consuetudine totius nostri generis, cum ingressibus, et regressibus, cum montibus et fontibus, cum rivis et pascuis, et terminis usque ad petram rivi per centum aureis. Hanc donationem, et venditionem dono, et confirmo, et concedo, et roboro pro anima mea, meorumque parentum, abbati Buxeti, et successoribus ejus. De hoc sunt fidejussores Borrego: Lupus Lupi de Villananne: Sanctius de Ovaldia: Alvar Alvarez de Villa alba: Marco de Osma: Sanctio Fortu-

niones de Fresneda: Petro Martinez de Afostre: Lope Diaz de Afostre: hanc cartam dono, et confirmo, et roboro, et laudo. Testes sunt isti prædicti fidejussores, et cum istis affuerunt multi, quorum unus fuit domnus Lupus filius de Alvaro Alvarez: domnus Martinus de Afostre: Alfonso de Afostre: domnus Martin us de Florengoz: et coram istis fidejussoribus, et coram istis testibus, abbatem, et fratres ejus idibus junii in illam hereditatem missi. Regnante rege Aldefonso cum uxore sua regina Alienor in Toleto et in Castella: Didacus Lupi regis alferiz: Rodericus Gutierrez majordomus curiæ regis: Lupus Diaz prepositus regis: Gundisalvus archiepiscopus in Toleto: Marinus burgensis episcopus: Rodericus calagurritanus episcopus. Facta carta decimo sexto kalendas julii sub era millessima ducentesima vigesima quarta. Si quis autem hanc cartam infringere voluerit, pectet regi mille libras argenti, et iram Dei omnipotentis plenariè incurrat.

NOTA.

Esta escritura confirma que don Diego Lopez de Haro, señor de Vizcaya, servia el empleo de alférez del estandarte real de Castilla.

NUM. 170.

Donacion de un solar en Gallinero de suso á san Millan, año de 1186.

Archivo de san Millan.

Sub Christi nomine redemptoris nostri ego Acenarius Fortunionis de Ferbias dono, et offero, atque sincera cordis voluntate corroboro Deo, et monasterio sancti Emiliani, et tibi patri spirituali Ferrando abbati, atque Monachis omnibus ibidem Deo servientibus tam futuris, quam presentibus unum so-

lare in Gallinero de suso quod fuit de Munno Blasco, circa solare de filiis Martini Gonzalvez de Zerraton. Dono itaque solarem istum, ut serviat monasterio sancti Emiliani pro anima matris mee in perpetuum. Si quis vero. (*Siguen las maldiciones ordinarias.*) Facta carta in era millessima ducentesima vigesima quarta. Regnante rege Alfonso in omni Castella, et Toleto, et Naiera: sub eius imperio dominante Villeforaminis, et Grannionis, et Naiare Didaco Lopez. Sancio frater eius testis. Martinus Gonbat testis. Stephanus de Gallinero testis. Garsia Martinez armiger de Simeone Garsiez de Leyva testis. Alvarus Petri de Alesanco testis. Johannes de Gallinero testis. Domingo Galindo de Gallinero de iuso testis. Domna Tota uxor Roderici Cornelii testis.

NOTA.

Don Diego Lopez de Haro, señor de Vizcaya, proseguia sirviendo al rey de Castilla en los gobiernos y señoríos honorarios de Vilorado, Grañon y Náxera, fortalezas de Rioja.

NUM. 171.

Fueros de Haro, villa de Rioja, dados por el rey don Alfonso VIII en 15 de mayo de 1187, confirmados por don Alfonso el Sabio en 13 de diciembre de 1254.

Tumbo de la villa de Haro.

Don Alfonso el Sabio.

Conoscida cosa sea a todos los homes que esta carta vieren, como yo don Alfonso por la gracia de Dios, rey de Castilla, de Toledo, de Leon, de Galicia, de Sevilla, de

Córdoba, de Murcia, de Jaen, vi un privilegio del rey don Alfonso mio visabuelo, fecho en esta guisa.

Don Alfonso VIII.

Tam presentibus quam futuris notum sit atque manifestum quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle, et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina, libenti animo et voluntate spontanea, vobis omnibus populatoribus de Faro, tam presentibus quam futuris, dono et concedo omnem hereditatem regalem que est in alfoz de Bilivio et de Faro, exceptis sernis regis, cum omnibus montibus de Bilivio et de Faro pertinentibus et cum montibus et hereditate de Vallepierre. Dono etiam vobis et concedo subscriptos foros in perpetuum: scilicet quod omnis miles de Faro nihil merino pectet, nec in fonsado vadat, nisi recepto stipendio. Similiter omnis miles, et clericus laicus qui in suo solare collatios habuerit, pro eis nullam pectet fossaderam et ipsi nihil pectent. Et omnis homo qui equum habuerit, fossaderam non pectet, et vidua non det hospitium nisi ultro. Similiter omnis clericus qui in aliquo gradu ordinatus fuerit, non det posada nec posaderam nec ullam facenderam faciat: et hereditatem et alia bona sua dum sanus fuerit et firmus, cui voluerit, asignet et tribuat. Mando etiam quod annuatim in festo sancti Michaelis de unaquaque domo *vicini* solvant duos solidos de moneta Castelle pro fossadera et fossado, exceptis clericis et viduis. Et viduus et vidua nihil pectet nisi qui habuerit filium aptum ad agriculturam laborantem cuiuslibet laboris pro quo pectet unum solidum. Et omnis qui calumniam aut rem aliquam ad calumniam pertinentem fecerit, medietatem tantum calumnie pectet, que inter regem et concilium per medium dividatur; altera vero medietas calumniato solvatur. Et omnis homo qui aliquem occiderit, prius per concilium non desafidiatum, sit proditor; et rex quantum ille habuerit accipiat; et proinde nullum pectet homicidium concilium de Faro. Et homo qui alicui mulieri vim fecerit, trecentos solidos pectet; et qui furtum fecerit, suspendatur. Et

omnis homo qui cum pectero aliquo ad Farum populare venerit, nihil pectet, nullum que extra villam faciat forum. Et quicumque malum vel damnum populatoribus de Faro fecerit, mille solidos pectet, et sua hereditas sit regis. Et nullus populator de Faro, in Burgis, nec in Nagera, neque in Lucronio, neque in aliquo mercato infra has existenti, ullum portagium neque emendam persolvat. Et si inter milites et laboratores bolta, vel rixa orta fuerit, unum habeant forum. Quando dominus ville ad villam venerit, non detur ei hospicium nisi pro manu saionis. Et omnis homo de Faro, qui domos et hereditates suas vendere voluerit, vendat; et ubi sibi placuerit, pergat; et nulla testimonia inter se nisi de suo concilio non recipiatur. Omnis homo qui mensuram panis vel vini statutam a concilio vel cuiuslibet alterius rei minoraverit, quindecim solidos pectet. Omnis clericus sive laicus qui domum suam alicui dare voluerit, det eam libere. Et nullus clericus, nec laicus, nec femina manneriam pectet. Et si aliquis habuerit furnum, nihil pectet pro eo. Et omnis homo qui bestiam per callem duxerit, *evas evas* dicendo, si livorem fecerit, non pectet. Et alcaldes, et adelantado et saion non sint nisi per unum annum et per manum totius concilii constituti et non aliter. Et omnis homo qui ad sennal saionis concilii non venerit, pectet quinque solidos. Et omnis homo qui ad boltam vicini sui arma traxerit, viginti solidos pectet concilio. Et omnes milites et laboratores dent sibi pignora ad invicem in casa cum saione. Et qui super pignora directum non fecerit, teneatur casa eius clausa et sigillata usque dum satisfaciat. Et omnis homo qui primum alterum percusserit, pectet: et qui super se tornaverit, non pectet. Et omnis homo qui ganatum vicini sui prendaverit, ipsum ganatum domino suo dupplatum reddat, et sexaginta solidos regi et concilio per medium persolvat. Omnis homo qui in domo sua vel extra, calumniam in suis fecerit cum aliquo de familia sua, nihil proinde palatio persolvat. Omnis homo qui pignora saioni totius concilii abstulerit, decem solidos pectet. Mannero de Faro, qui parentes in villa non habuerit ad quos sua bona pertineant, si

intestatus decceserit, duo clerici et duo laici de sua collatione, ipsum et omnia bona eius recipiant; et ecclesie et pontibus et pauperibus vel ubi eis visum fuerit, in elecmosinis per bonam fidem, et sine dolo distribuatur. Et si aliquis homo vel quelibet res alia veluti bestia vel res aliqua aliquem hominem occiderit vel ei libores fecerit, res que male egerit, detur palatio nisi eam dominus suus eam redimere voluerit: et si eam redimere voluerit, det illam merino; et si merinus usque ad novem dies vel antea illam recipere noluerit, deinceps merino non respondeat de illa dominus ejus, nec de malefacto ab illa re perpetrato. Et omnis homo qui mesium vel vinearum vel bobum, vel porcorum custos fuerit, fossadam non pectet. Omnes populatores de Faro et eorum familie in ecclesiis et parroquiis suis de Faro sepeliantur, et non in aliis; nisi qui forte sibi sepulturam eligerit in monasteriis monialium: et qui hoc statutum infregerit, pectet sexaginta solidos, quorum medietas regi, altera concilio excipiatur, tamen clerici et nobiles huic consuetudini non subiaceant. Alcaldes et adelantados constituti de Faro a concilio, nihil pectent: et alcaldes decimas omnium calumniarum percipiant, et nunquam in conspectu domini, eo presente, iudicent. Qui sacramentum iudicio alcaldorum fecerit, pro aliquo errore quod in verbis sacramenti fecerit, non perdat, nec vincatur. Omnes populatores de Faro liberas habeant omnes hereditates suas *in omnibus* locis regni mei, sed omni foro afincato eant ad Luctonium; et ibi toti litigio finem imponant. Si quis vero huius mee donationis et concesionis privilegium infringere vel inminuere presumserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum Juda domini traditore penas inferni sustineat; et insuper mille marayetinos persolvat in cauto; et damnum reddat duplatum. Facta carta circa Sanctum Stephanum era millessima ducentesima vigesima quinta, decimo quinto die mensis madii. Ego rex Adefonsus regnans in Castella et in Toleto hanc cartam quam fieri iussi, manu mea signo et roboro ✠.

Otra vez don Alfonso el Sabio.

E yo sobredicho rey don Alfonso, regnante en uno con la reyna doña Yolant mi muger, e con mis fijas la infanta doña Berenguela e la infanta doña Beatriz en Castilla, en Toledo, en Leon, en Galicia, en Sevilla, en Córdoba, en Murcia, en Jaen, en Baeza, en Badajoz, en el Algarbe, otorgo este privilegio, e confirmolo, e mando que vala así como valió en tiempo del rey don Alfonso mio bisabuelo, e del rey don Fernando mio padre. Fecha la carta en Búrgos por mandado del rey, trece dias andados del mes de diciembre, era de mil doscientos noventa y dos años, en el que don Odoart, fijo primero heredero del rey Henrique de Anglaterra, rescibió caballería en Búrgos del rey don Alfonso el sobredicho. Don Alfonso de Molina confirma. Don Frederique confirma. Don Henrique confirma. Don Felipe, electo de Sevilla, confirma. Don Manuel confirma. Don Fernando confirma. Don Sancho, electo de Toledo, confirma. Don Juan, arzobispo de Santiago, confirma. Don Alboadik Ben Azan, rey de Granada, vasallo del rey, confirma. Don Mohamat Aben Mahomat Avenhut, rey de Murcia, vasallo del rey, confirma. Don Avenmalhfot, rey de Niebla, vasallo del rey, confirma. Don Aparicio, obispo de Búrgos, confirma. La iglesia de Palencia vaga. Don Remondo, obispo de Segovia, confirma. Don Pedro, obispo de Sigüenza, confirma. Don Gil, obispo de Osma, confirma. Don Mathe, obispo de Cuenca, confirma. Don Benito, obispo de Avila, confirma. Don Aznar, obispo de Calaforra, confirma. Don Lope, electo de Córdoba, confirma. Don Adan, obispo de Plasencia, confirma. Don Pascual, obispo de Jaen, confirma. Don fray Pedro, obispo de Cartagena, confirma. Don Pedro Ibañez, maestro de la órden de Calatrava, confirma. Don Nuno Gonzalez confirma. Don Alfonso Lopez confirma. Don Rodrigo Gonzalez confirma. Don Alfonso Tellez confirma. Don Fernando Roiz de Castro confirma. Don Pedro Nuñez confirma. Don Pedro Guzman confirma. Don Rodrigo Gonzalez,

mortuum aliquem in termino vestro projecerint, secundum vestrum forum liberet se concilium; et sacramento salvet se cum quinque hominibus; et tunc sepeliatur mortuus, si concilio placuerit; et nihil pro eo pectent; nec ab aliquo exigatur ei pectum nisi quod unusquisque quatuor denarios supra dicto hospitali Vallisfontium de propia casa annuatim solvat: et nihil amplius dominus hospitalis per forum ab eis exigat in singulis annis. Si quis hujusmodi concesionis donationis, et stabilitatis cartam frangere presumpserit, vel in aliquo diminuere tentaverit, iram omnipotentis Dei plenarie incurrat, et cum Juda domini proditore pœnas infernales sustineat, et damnum quod ibi intulerit, duplatum restituat; et regiæ part mille aureos in cauto persolvat. Facta carta apud Burgos septimo idus junii era millessima ducentesima vigesima quinta. Et ego Adefonsus regnans in Castella et Toleto hanc cartam quam fieri jussi, propriis manibus roboro et confirmo.

Don Alfonso el Sabio.

E yo sobredicho rey don Alfonso regnante en uno con la reyna doña Violante mi muger, e con mis fijas la infanta doña Berenguela e la infanta doña Beatriz en Castilla, en Toledo, en Leon, en Galicia, en Sevilla, en Córdoba, en Murcia, en Jaen, en Badajoz, e en el Algarbe, otorgué este privillejo, e confirmolo, e mando que vala ansi como valió en tiempo del rey don Alfonso mio bisabuelo. Fecha carta en Búrgos por mandado del rey, treinta dias andados del mes de diciembre, era de mil docientos noventa y dos, en el año que don Odoart fijo primero, e heredero del rey Henric de Inglaterra, recibió cabalferia en Búrgos del rey don Alfonso sobredicho. Don Alonso de Molina confirmo. Don Frederic confirmo. Don Henric. Don Manuel. Don Fernando. Don Felipe, electo de Sevilla. Don Sancho, electo de Toledo. Don Juan, arzobispo de Santiago. Don Alboadik Ben Azan, rey de Granada, vasallo del rey, confirmo. Don Mahomat Aben Mahomat Abenut, rey de Murcia, vasallo del rey. Don

Aben Mahomat, rey de Niebla, vasallo del rey. Don Aparicio, obispo de Búrgos. Don Nuño Gonzalez. Don Gaston, vizconde de Bearn. Don Martin Fernandez, electo de Leon. Don Rodrigo Alonso. La iglesia de Palencia vaga. Don Alonso Lopez. Don Pedro, obispo de Oviedo. Don Martin Alonso. Don Ramiro, obispo de Segovia. Don Rodrigo Gonzalez. Don Pedro, obispo de Zamora. Don Rodrigo Gonzalez. Don Pedro, obispo de Sigüenza. Don Simon Ruiz. Don Pedro, obispo de Salamanca. Don Rodrigo Roxas. Don Gil, obispo de Osma. Don Alonso Tellez. Don Pedro, obispo de Astorga. Don Juan Perez. Don Juan, obispo de Cuenca.

NOTA.

Estos fueros y otros muchos, que no tratan directamente de pueblos del pais vascongado, son útiles en esta coleccion para demostrar lo que queda dicho en mi tomo II de que los fueros vascongados nada tuvieron de particular en su contenido, sino que antes bien eran efecto de las ideas y modos generales de pensar que tenian en los siglos medios todos los soberanos y los señores particulares sobre el aumento de poblacion de sus lugares.

NUM. 173.

Fueros de Santander dados por el rey de Castilla don Alfonso VIII en 11 de julio de 1187.

Coleccion diplomática del señor Jovellanos.

Omnibus tam presentibus quam futuris notum sit ac manifestum quod ego Aldefonsus, Dei gratia, rex Castellæ, et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina, libenti animo fa-

cio cartam donationis, institutionum, fororum, et consuetudinum, vobis concilio de villa Sancti Emetherii presentibus, et futuris jure hereditario in perpetuum posidendam. In primis dono vobis, et concedo pro bono, et laudabili foro ut omnes sub uno, et equali jure, et foro vivatis: nullum habeatis dominum in villa, nisi tantum abatem Sancti Emetherii vel quem vice sui vobis dederit in dominum cum in villa non fuerit. Homo nobilis, vel quilibet dignitatio habitans in domo sua vel aliena in villa Sancti Emetherii idem forum habeat et non aliud quod vicinos villæ. Qui prendiderit, vel emerit in *villa* aliquod solare, solvat abbati unum solidum, et saioni duos denarios. Et si unum solare divisum fuerit inter homines per sortes aut per venditionem, det singulos censos; ita quod si divisio aliqua de vestra vel aliena hereditate in terras non *sit*, dent unum censum. Si quis in domibus vestris peregrinum hospitare voluerit, dominus domus ejiciat eum foras cum vicinis suis; et si egredi non voluerit, et ibi percusus fuerit, non pectet pro eo calumnia. Merinus ville sit unus et sit vicinus *ville*, et vasallus abatis, et habeat casam in villa et instituatur per manum abatis, et consensione concilii. Dominus villæ, scilicet abas, incipiat forum colligere decem quinque diebus post festum Nativitatis Domini; et accipiat pignum ab unoquoque in duplum; et si dominus pignus non extraxerit ex quo præconia omnibus universaliter monuerint usque ad unum mensem, perdat pignus. Omnes homines ville vendant panem, et vinum libere. Qui vicinus in villa non fuerit, mercaturam quam pro mare atulerit, non vendat ad alios nisi hominibus ville; et si extraneo vendiderit, pectet decem solidos. Quique domum alienam irruperit, pectet sexaginta solidos abati, et alios sexaginta domino domus, et pectet damnum, et libores quos fecit. Merinus, vel sagio non intret in domum alicujus accipere pignus si dominus domus fiadorem presentaverit; et si merinus, vel sagio fiadorem respuerit, et pignus valens accipere, fuerit ibi percusus, nulla pectet pro eo calumnia: si vero dominus domus fiadorem non presentaverit et pignus amparaverit, merinus vel sagio det duos testes super

hoc ad dominum, et in crastino accipiat ab eo quinque solidos. Qui debitum creditori recognoverit presente merino vel sajone, aut statim vendat, aut det pignus quod tantum valeat. Merinus, vel sagio non quærat percusiones aliquas nisi si vox data fuerit, excepta morte, et percussione ad mortem, quæ posit pesquirere secundum forum villæ, et homicida manifestatus pectet quingentos solidos. Traditor probatus, et fur cognitus in judicio merini, et concilii, et omnia bona illorum sint abatis, sed de rebus latronis prius restituatur furtum. Qui arma traxerit contra vicinum suum, pectet abati sexaginta solidos; si multi atulerint arma, unus pro omnibus det fiadorem in quingentos solidos. Si vicinus a vicino donum per judicium quæsierit, dent fiadores ambo, unusquisque in sexaginta solidos, et qui ex eis juditio victus fuerit, pectet illos abati. Si aliquis deforaneus domum quæsierit habitatoris ville, det abati fiadorem in sexaginta solidos, et domino domus in duplo de tali casa; et si ille qui quærit, victus fuerit, pectet sexaginta solidos abati, et domino domus det aliam talem in tali loco in ipsa villa. Omne juditium quod inter deforaneum, et habitatorem villæ judicandum fuerit super pignum, judicetur in villa, et foras villam non exeant pro illo. Qui falsam inquisitionem dixerit, amplius non sit legalis; et pectet abati sexaginta solidos, et dominus vocis tornet ad vocem suam, et repetat eam ut habeat suum jus. Homines villæ non eant in expeditione nisi pro rege obseso; non dent portaticum ullum in villa sua nec in portu maris, de quacunque parte veniant per terram, vel per mare. Ubicumque romperint terras et eas coluerint infra tres leguas prope villam, et plantaverint vineas, et fecerint hortos, et prata, et molendina, et columbaria, habeant omnia ista pro hereditate, et faciant de eis quidquid voluerint, et serviant eis ad quodcunque voluerint, dando censo pro dominis suis. Pro morte illius qui in seditione mortus fuerit intra villam, maiores parentes eligant pro homicida illum qui eum percuserit per rectam inquisitionem; et si interfectorem per inquisitionem non invenerint, salvent se per juramentum; et per se ipsum salvet se ille quem sus-

pectum habuerint; et si in tregua villæ sint tales in utraque parte seditionis, dent fiadores in mille solidos, et si computentur dum pignus aliquis fregerit de illis, accipiat abbas quingentos solidos; et concilium quadragentesimum, et percusus centum; et pignus sit in presentatione concilii. Qui pignus intraverit propter hereditatem, et usque ad annum unum, pignus non redimet, perdat illud. Si aliquis homo villæ homicidium vel libores fecerit defendendo rem suam, nihil pro eo pectet. Si homines villæ in juditio, vel pleyto, vel fiadura aliqua, inter se concordare non poterint, eant ad villam Sancti Emetherii, et faciant quanto eis mandaverint homines villæ Sancti Emetherii. Si navis pariditata fuerit, et fracta, quidquid domini sui de rebus quas navis continebat, poterit invenire, nullus ei aufferat, nec vim eis afferre presumat. Si quis vero hanc cartam infringere, vel diminuere presunserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat: insuper regie parti mille libras auri purissimi in cauto persolvat; et damnum quod ibi intulerit, restituat duplicatum. Facta carta apud Burgos anno millessimo ducentesimo vigesimo quinto, quinto idus julii. Et ego rex Aldefonsus regnans in Castella, et Toleto hanc cartam roboro manu propria, et confirmo ✠. Gundisalvus Toletanæ ecclesiæ archiepiscopus Hispaniarum primas confirmat. Martinus burgensis episcopus. Rodericus calagurrensis episcopus. Ardericus palentinus episcopus. Gundisalvus segoviensis episcopus. Amaranus seguntinus episcopus. Dominicus abulensis episcopus. Comes Petrus. Alvarus Roderici. Comes Fernandus alferiz regis. Ordonius Garcie. Rodericus Gutièrrez. Gundisalvus Coperini. Didacus Ximenez. Petrus Roderici de Guzman. Gomez Garcia. Petrus Ferrandi. Lope Diaz merinus regis in Castella. Magister Michael regis notarius, Guterrio Roderici existente cancelario scripsit.

NOTA.

Estos fueros de Santander, á pesar de que se dieron para vasallos de señorío abadengo, contie-

nen algunas franquezas superiores á las de pueblos marítimos de la costa vascongada.

NUM. 174.

Donacion de varios bienes sitos en la villa de Nalda por doña Aldonza, viuda del conde don Lope Diaz de Haro, señor de Vizcaya, año de 1187.

Archivo de san Millan.

In Dei nomine et ejus clementia divina. Ego domna Alduenza cometissa, Dei famula et humilis Christi ancilla, olim pie recordationis domni Lupi comitis uxor, libenti animo et spontanea voluntate, ob sincere dilectionis intuitum, et propter servitium, quod marito meo domno Lupo comiti, qui vos ad militie dignitatem provexit, mihi que et filiis meis fecistis, do vobis domno Luca, filio domni Lupi Aureoli, omnem hereditatem cum propriis solaribus, quam habeo in quadam villa, que dicitur Nalda, que sita est prope rivum, qui vulgò vocatur Iregua: que videlicet hereditas me patrimonio jure contingit, tam in exitibus quàm ingressibus, tam in rivis quàm in pascuis, tam in montibus, quàm in silvis, tam in vineis quàm in arboribus fructiferis et infructiferis, ubicumque eam tam cultam quam incultam predicte ville terminis potueritis invenire, ut eam scilicet hereditatem habeatis liberè, quietè, et pacificè vos, et omnis generatio vestra ad dandum, vel vendendum, vel ad voluntatem vestram jure hereditario faciendum per infinita secula. De hac donatione sunt fidiatores domnus Petrelion de Esclannana, et Fortunius de Villamediana, milites: ut redrent, sicuti foro est de terra. Si quis (*Siguen las maldiciones ordinarias.*)..... De hoc sunt testes domnus Didacus Lupiz, domna Mencia cometissa, domna Alduenza, domna Tota caniensis abbatissa, domnus Sancius Lupiz; Martinus Roiz, filius Roderici Martinez de Petrola; Ennecus Lupiz, filius domni Lupi de Mendoza; Petrus Garsiez de Ale-

sanco, Fortunius Sancii de Esclannana, adelantado; Petrus Ferrandez de Clavijo; Michael de Villa-mediana; Petrus Garsie de Notado; Sancius de Mazuelo; domnus Lupi de Zifiuri; Martinus Gombaldi; Gonzalus Ferrandiz; Rodericus Semenez; Lupus de Velascori; Martinus de Arratia; Lupus de Gamarra; Guter Roiz de Olea, gener Fortunii de Arrieta; domnus Nunno; domnus Galindo de Nalda; Petrus Garciez; domnus Petro Leon; Joannes Petriz; Martinus Lupiz; Martinus de Justa; Dominicus Scemeno; Martinus Dominguez; et de Esclannana Pardus, filius de domna Majore: et de Luezas Dominicus presbiter; Mengo Mengoz; Mengo Martini; Vincentius Joannis: Joannes Mengo: de Soto Pelagius Pelagii; Garsias Navarrus: et de Sotes Joannes Egidii; Semeno Gomez: et de Mathut Petrus Sancii, filius Sancii Ennego: et de Daroca Didacus, filius de Belasquita; et de Sancto Emiliano Munio Velaz. Facta carta sub era millessima ducentesima vigesima quinta, regnante rege Aldefonso cum uxore sua regina domna Alienor in Castella, in Toleto, in Plasencia, in Conca, in Canneth, in tota Extrematura, in Burgis, in Naiera, et in Calagurra: Lucronio in fidelitate tunc existente. Sub eo dominante in Naiera, in Ribo de Ogia, in Borovia, in Castella vetula, in Transmera, in Asturiis, et in medietate burgensis urbis domno Didaco Lupiz, domni Lupi comitis filio, ejusdem pii regis Aldefonso alferice. Sub eo alferice Didaco Lupiz, filio domni Lupi de Fitero. Majordomus in regis curia Roderico Guterrez. Portario majore Marino. Merino regis majore domno Lupo de Fitero. Priore in sancta Maria de Naiara domno Aimone. Episcopo in Calagurra domno Roderico. Regnante in Aragone rege Alfonso: in Navarra rege Sancio: in Gallecia rege Ferrando: in Portogale rege Sancio.

NOTA.

Esta escritura confirma el vasallage del señor de Vizcaya, y es preciosa para la historia por las noticias genealógicas y topográficas que contiene.

NUM. 171.

Donacion de unos collazos de la villa de Munilla en favor de san Prudencio en mayo de 1189.

Archivo de san Prudencio.

In Dei nomine notum sit omnibus hominibus tan præsentibus quam futuris quod ego Sancia Xemenez, sana et alegre, dono de mea propria voluntate Deo et ad opus sancti Prudencii illos meos collazos quos habeo in Munella, quantum ad me pertinet, montes et valles, exitus et regressus pro anima patris et matris meæ, et pro anima mea, et fratris mei Didaci Xemenez, et pro redemptione animarum parentum meorum et omnium fidelium defunctorum: et illam hereditatem quam ego dedi Ferrando Gallego in Munella, possideat eam in suos dies, et post suos dies remaneat illa hereditas ad sanctum Prudencium cum alia hereditate: et sunt fidejussores de isto donadio Rodericus Diaz filius Didaci Xemenez, et Petrus Petri de Juvera, de riedra ad fuero de terra. Facta carta mense madii in era millessima ducentesima vigesima septima; regnante rex Aldefonso cum uxore sua Alienore Burgis, et in Toleto, et in omni regno suo. Hujus rei sunt testes Rodericus Diaz; Guillelmus de Mendoza; Rodericus Dominici; Lope de Mendoza; Michael de Juvera; Don Pedrejon; Petrus Fernandez de Clavijo. De rusticis Sebastianus de Munella; Joannes Quixar; Cornelius el merino, et totum concilium Munellæ. Et istam hereditatem habeo possidere eam omnibus diebus vitæ meæ per manu abbatis sancti Prudencii. Majordomus in domum regis Rodericus Gutierrez: signifer Didacus Lupi; cancellarius Gutier Roiz; merinus totius Castellæ Lopi Diaz.

NOTA.

Don Diego Lopez de Haro, señor de Vizcaya, servia el empleo de alferez del rey.

NUM. 176.

Donacion de muchos bienes al monasterio de Benevivere en 19 de octubre de 1189.

Archivo de Benevivere.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, amen. Dicente scriptura: cognovimus quod sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosina extinguit peccatum. Et item: date eleemosinam, et omnia munda sunt vobis. His rationibus et aliis quampluribus adducta, ego comitisa domna Urraca Gundisalvi uxor comitis Frolæ cum voluntate, et consensu ipsius viri mei, dono Deo et ordini de Benevivere, et vobis domno Pascasio ejusdem loci abbati, et fratribus vestris in Christo præsentibus et futuris tertiam partem de monasterio Sancti Martini de Pereda, et tertiam partem de ipsa Pereda, et de valle de Argoveio cum sua hereditate, et suis hominibus, et las fontes; et in Alion ecclesiam cum suo monasterio, et sua hereditate, et in Robro, in Balbona, in Cejera, et in Loes, in Islaredo, in Las-Fontes, in Anciles, in Riaño, in Laguera, in Formas, in Ferribola, in Carende, in Guede, in Valleon, Sanctum Sebastianum cum suis hereditatibus, et Cain, et Castro: in Ribaella, Carrudiar del Comite; in Fontanella Sorriba, in Verdiago, in Villaleandro, in Vega, in Cremanes, in Corniero, in Primalias, in Sancto Christofalo, in Nobanca, in Sancto Felice, in Vegamiam; vado cum sua casa, et sua hereditate, et suis rivis; in campo Sanctam Crucem cum sua ecclesia, et sua hereditate cum suis rivis, montibus, et exitibus: in Siborios tota Tolibia de iuso. Hæc omnia prænominata dono, et concedo monasterio Sanctæ Mariæ de Benevivere iure hereditario habenda, et liberè et quietè in perpetuum possidenda cum montibus, fontibus, pascuis, pratis, rivis, molendinis, et locis molendinorum, cum ingressibus et egressibus, et cum omnibus directis, et

pertinenciis suis: in his omnibus tertiam partem, quam iure hereditario contingit, supradicto ordini trado, ipsum inquam monasterium sancti Martini iam dictum de Pereda cum his prænominatis hereditatibus, et cum aliis omnibus, atque cum omnibus directis ad ipsum pertinentibus, ordini de Benevivere in perpetuum dono iure hereditario possidendum. Et ego Paschalis abbas, et conventus de Benevivere, postquam ipsum monasterium cum omnibus suis hereditatibus tenuerimus per annum et unum mensem et tres dies, damus vobis domne Urracæ Gundisalvi tertiam partem supradictarum hereditatum, ut eam in patrimonio vestro omnibus diebus vitæ vestræ teneatis, excepta serna, in qua sunt arbores fructiferæ, et horti, et ne a memoria cadat quod in patrimonium eam tenetis, vos dabitis nobis per annos singulos convivium in festivitate sancti Martini. Ego comitissa domna Urraca Gundisalvi, sic vobis monasterium cum suis pertinentiis pro anima mea dono, ita convivium annuatim in festivitate sancti Martini me reddituram promitto. Quicumque igitur contra hoc factum meum venerit, vel hanc cartam meæ donationis infringerit, vel diminuere, vel mutare voluerit, sit maledictus, et excomunicatus, et cum Juda domini proditore in inferno damnatus, et pectet in coto vobis, vel vocem vestram pulsanti, mille maravetinos duplicata hereditate, quam invasserit in tali vel meliori loco, et hæc carta semper sit firma. Facta carta era millessima ducentessima vigesima septima, decimo quarto calendas novembris. Regnante rege domno Aldefonso in Legione et in Galletia, et in Asturiis. Domno Manrico episcopo Legionensem ecclesiam regente. Domino Fernando asturiensem. Petro Ferdinandi turres Legionis tenente. Comite Froila dominante in Ripa de Esla, et in Monte-regali. Didaco Lupi tenente Aguilar et Montem acutum. Fernando Alvari tenente Alion. Pontio Velæ signifero regis. Petrus Garsiæ maiordomo curiæ regis. Comes Fernandus. Froila Ramirez. Comes Gomez. Dominicus Monacino testis. Petrus Isidori testis. Petrus testis. Dominicus testis. Martinus testis. Ego comitissa Urraca Gundisalvi vobis abbati de Benevivere, et conventui vestro hanc cartam, quam fieri iussi, propriis manibus

roboro, confirmo, et signum facio, et accepi a vobis in roboramento unam purpuram, et unam cimbiumam ✠.

NOTA.

Desde el mes de mayo hasta el de octubre hubo la novedad de darse el alferazgo real á don Ponce Velaz: y á don Diego Lopez de Haro, señor de Vizcaya, el señorío de las villas y fortalezas de Aguilar de Campoo y Monteagudo; el qual conservó por muchos tiempos la familia de los señores de Vizcaya, segun indican los sucesos del reynado de don Fernando IV.

NUM. 177.

Donacion de unas partes del monasterio de san Felix de Abalos al abad y monges de san Millan en junio del año 1190.

Archivo de san Millan.

Sub Christi nomine redemptoris nostri. Ego Gonzalvus Didaci de Forniellos, et frater meus domnus Michael pro peccatorum nostrorum remissione, et pro animarum nostrarum, et omnium parentum nostrorum requie, offerimus Deo, et sancto Emiliano, et sancto Felici confessoribus Christi, et tibi Patri spirituali Ferrando abbati, et totis Monachis ibidem Deo servientibus tam futuris, quam presentibus, nostram partem monasterii sancti Felicis de Davalos, que nobis ex iure, et sorte parentali ibidem pertinet. Offerimus igitur, et corroboramus supra dictam nostram partem ab omni integritate monasterio sancti Emiliani: quatenus pro animabus omnium parentum nostrorum ibidem per omnia secula serviat. Si quis autem

ex parentibus nostris, aut extraneis hanc nostram donationem disrumpere, aut retemptare voluerit, sit a domino Deo maledictus, et confussus, et cum Juda traditore domini in inferno inferiori perpetualiter damnatus, amen. Ego autem Ferrandus abbas, et totus monachorum conventus pro huiusmodi donatione, et presertim pro bono amore, quem erga vos habemus; recipimus vos Gonzalvum Didaci et fratrem vestrum Michaelem, et uxorem vestram domnam Sanciam, et filios vestros, quos ex ea habetis in nostro beneficio. Scilicet in orationibus, in ieiuniis, in eleemosinis, quod talem et tantam habeatis partem in vita, et in morte quantum unusquisque omnium nostrorum habet. Facta carta in era millessima ducentesima vigesima octava mense junii. In quo mense rex Anglie duxit in uxorem filiam regis Sancii Navarre: rege Sancio regnante in Pampilona et in Alava. Rege autem Alfonso eiusdem sobrino in omni Castella. Similiter partem illam Sancii Alvarez, et domne Alberte germane mee quam comparavi, dono et confirmo sancto Emiliano. Ego Lope Semenez de Montealbo qui interfui supradicte donationi, sum testis hujus facti, et dono sancto Emiliano partem meam quam habeo in monasterio Sancti Felicis de Davalos pro anima mea, et pro animabus parentum meorum. Garsia Lopez de Piscinia testis. Semen Munioz, et Garsias Munioz, et Fortum Munioz de Davalos testes. Eximinus alcalde testis, et totum concilium de Davalos testis.

NOTA.

Don Sancho VII *el Sabio* de Navarra reynaba en Alava en virtud del tratado definitivo del año de mil ciento setenta y nueve.

NUM. 178.

Fueros de Arganzon dados por el rey de Castilla don Alonso VIII en diciembre de 1191.

Coleccion del señor Marina, tomo II.

In nomine domini nostri Jesu-Christi: ego Alphonsus Dei gratia rex Castelle facio hanc cartam omnibus populatoribus meis de Arganzon tam presentibus quam futuris. Placuit mihi optimo corde et bona voluntate quod a potestate perturbantium vos liberarem, et a consuetudinibus et subjectionibus pessimis vos extraxi, ut bonos foros et bonas consuetudines sicut scripte sunt habeatis qui in prefato Arganzon populetis et maneatis In primis constituo vobis, quod in omnibus negociis et causis et judiciis vestris illud idem forum habeatis quod mei populatores de *Treviño* habent, exeptis decimis de omnibus laboribus et de omnibus bestiis vestris, in quibus episcopus non accipiat nisi quartam partem. Clerici vero qui divinum celebrant officium, et qui pro nobis et pro vobis in psalmis et canticis spiritualibus Deo laudes persolvunt, tres partes decimarum et oblationes ecclesiarum in pace recipiant, et possideant; et pro animabus omnium parentum meorum et remisione meorum peccatorum eos liberos facio et ingenuos ut nunquam pectent nec etiam vigilent nisi in orationibus et canticis omnipotentis Dei. Super hoc dono vobis omnibus populatoribus meis, ut omnes hereditates vestras liberas et absolutas habeatis, ita quod istas quas nunc habetis vel acquirere ex nunc potueritis, nunquam in partitione populationis ponantur. Et sint termini vestri usque ad Sanctum Romanum, et usque ad *Corres* et usque ad *Pipahon*. Volo etiam, ut dominus, qui per manus regis ipsam villam tenuerit, nunquam in aliquo vobis forzam faciat. Et neque merinus neque saion in vestras casas per forzam intret, neque inde aliquid per violentiam acci-

piat. Et si aliquid sine voluntate vestra inde traxerit, vel per forzam introierit, occidatur, et non pectetis pro illo nisi tres meaias. Non habeatis merinum neque saionem qui vicinus vester non fuerit. Et si fuerint malitiosi vel superbi contra vos, occidantur, et pro eis homicidium non pectetis. Judicem et alcaldem, quem habueritis, sit semper vicinus vester. Et non accipiat de vobis novenam, neque arenzaticum pro homicidio; sed ipse senior qui homicidium vel calumniam acceperit, paget alcaldem vel saionem. Et si dominus, qui villam mandaverit, habeat rencuram de aliquo vicino vestro, non faciat ei superviam neque forzam sed ducat illum per rectum juditium. Si aliquis homo mortuus fuerit inventus in villa vestra vel extra villam in terminis vestris, pro eis non detis homicidium. Sed si unus de vobis occiderit alterum et tres vicini, vel duo, hoc sciant, ille homicida det quingentos solidos, qui pro homicidio constituti sunt; pectetque duocentos et quinquaginta solidos, et alii duocenti et quinquaginta solidi pro anima regis dimitantur. Et si aliquis homo traxerit gladium vel ferrum exmolatum pro ferire aliquem, perdat manum desteram, vel redimat illam principi terræ, si princeps per forum vestrum ei firmare potuerit. Quicumque per forzam in domo hominem incluserit, det sexaginta solidos et de calumnia pectet triginta solidos. Et qui per forzam de domo pignora extraxerit, det sexaginta solidos et de calumnia pectet triginta solidos. Si unus percuserit alterum et sanguis exierit, pectet quinque solidos et alii quinque pro anima regis dimitantur. Quod si sanguis non exierit, pectet duos solidos et sex denarios. Si femina percusserit mulierem conjugatam et ejecerit tocam suam et ceperit illam per capillos, et hec cum duabus legitimis mulieribus firmare potuerit, pectet decem solidos et alii decem dimitantur pro anima regis. Et si aliquis homo pignoraverit capam vel mantellum aut aliqua pignora per forzam vel per tortum, pectet duos solidos et sex denarios cum firmes sicut foro est. Si aliquis vestrum invenerit hominem per diem in suo horto vel in sua vinea damnum facientem, pectet quinque solidos. Quod si negare voluerit, dominus vinee vel horti juret quod in suo

honore invenit eum damnum facientem, et malefactor pectet predictos quinque solidos, et dominus hereditatis habeat medietatem. Et si de nocte fuerit in hoc deprehensus aliquis, pectet decem solidos et dominus hereditatis habeat medietatem, et princeps terre alteram medietatem. Si caballus vel equa fuerit detentus per diem in pignore, sex denarios habeat in angueras. Et si de nocte fuerit detentus, duodecim denarios. Et si morierit in hoc pignore, pro caballo pectent centum solidos; pro equa quinquaginta solidos. Mulus et asinus habeant angueras per diem tres denarios, et de nocte sex denarios. Et si morierit in hoc pignore, pectet pro illo viginti solidos. Habeatis liberam licentiam comparandi cuncta animalia et ropas et pannos sicut melius potueritis, et non detis auctorem nisi vestra jura tantum quod comparata sint. Sed si caballum vel equam, vel mulam aut bobem aut asinum comparaveritis cum testibus de via regis, non detis auctorem, sed date vestra jura dicendo quod pro tanto pretio fuerit comparatum, et reddat vobis vestro haber ille qui perditam bestiam recuperate voluerit: jurabit tamen prius quod istam bestiam non vendidit neque donavit neque etiam illam alicui commodavit, sed quod fuit ei furtata. Quicumque vicinus vester vel extraneus debuerit sacramentum dare vel recipere, non iuret in alio loco, nisi in ecclesia sancti Joannis Baptiste que est ad portas ville vestre. Et si ille qui hoc sacramentum debet recipere, pro amore Dei illud soltaverit, propter hoc non pectet calumniam debitorum sacramenti neque deceptorum. Quicumque fuerit fidanza de juditio non respondeat de medio anno in antea. Habeatis semper medianetum vestrum cum omnibus hominibus ad portam ville vestre et ibi facite directum quod judicatum fuerit de omnibus occasionibus et judiciis qui vobis infanzones, vel villani, vicini vel extranei demandaverint. Et non habeatis forum defacere juditium in ferro neque in aqua calida neque in batalia. Sed si aliquis imposuerit vobis crimen et potuerit hoc firmare cum duobus vicinis vestris, pectabitis calumniam qualem judicatum fuerit. Et si id firmare non potuerit audiat juram de quo rencuram habet et

dimitat illum in pace. Vicinus vester firmet vobis et alius extraneus non possit vobis firmare. Omnis latro si cum furto fuerit deprehensus, suspendatur. Quicumque venerit ad vestram villam cum aliqua mercatura, non det lezdam in die de mercato. Vos autem non detis lezdam in tota nostra terra. Neque veniatis in hostem nisi ad litem campalem. Omnis infanzon dives aut pauper, qui ibi populaberit, sit liber et ingenuus ab omni jugo servitutis, et habeat hereditatem suam liberam et ingenuam. Si aliquis vestrum fecerit molendinum in sua propria hereditate, non det partem regi pro aqua. Et qui fecerit furnum in sua hereditate, habeat illum liberum et absolutum. Et qui fecerit molendinum in aqua de Zadorra extra suam propiam hereditatem, pectet regi in primo anno quinque solidos et non magis. Habeatis licentiam comparandi hereditates in tota mea terra ubi comparate potueritis. Et habeatis illam liberam et ingenuam. Et nullus senior, neque alius homo inquirat vobis pro ista hereditate morturam neque ulla debita. Et vendite illam vel date cuicumque volueritis. Et ubicumque inveneritis terras hermas, laborate illas et possidete sicut vestras proprias. Similiter ubicumque inveneritis herbas, pascant in eis vestros ganatos absolute: et non detis herbaticum, et secate illas quando opus habueritis et aportate sine aliqua contraditione. Et si habueritis opus aquis pro rigare vel pro molendinos facere, accipite illas et conducite prout melius potueritis. Et ubicumque inveneritis ligna virida et sica pro domos facere vel pro cremare, accipite illa in montibus et silvis sine ulla contradiccione. Non habeatis super vos forum de pesquisa, neque forum malum de saionia, neque de maneria, neque de anubda, neque ullam veredam faciatis. Sed liberi et ingenui semper maneatis, reddendo mihi et successoribus meis in unoquoque anno in die Pentecostes de unaquaque domo duodecim denarios. Et nisi cum bona voluntate vestra feceritis, nullum aliud servitiun faciatis. Hoc ergo forum et consuetudines supra scriptas dono vobis populatoribus meis de Arganzon, et filiis et filiabus vestris, et omnibus successoribus vestris, ut habeatis et possideatis liberas et ingenuas,

et absolutas nunc et in perpetuum, salva mea fidelitate, et de omni mea posteritate; per infinita secula seculorum, amen. Facta carta mense decembris sub era millessima duocentesima vigessima nona, regnante me Dei gratia rege Alfonso in Castella et in Legione.

NOTA.

Esta escritura confirma lo primero haber surtido efecto la particion de Alava, tratada en las paces del año de mil ciento setenta y nueve, pues la villa de Arganzon es pueblo alaves, sito en la orilla occidental del rio Zadorra. Lo segundo, que la libertad de comercio, y la exêncion de tributos es gracia y concesion real, y no pacto ni precio de independencia voluntariamente renunciada; pues si los alaveses la tuviesen por sí mismos en virtud de constitucion suya republicana, no necesitaria la villa de Arganzon que se le concediesen. Lo tercero, que las dos prerrogativas citadas no son absolutas sino limitadas; la de comercio á los animales, ropas y paños sin pagar lezda, y la de tributos á la de contribuir con doce dineros por casa, y cinco dineros por molino. El mismo instrumento testifica que concedió á los vecinos de Arganzon estos y otros fueros por exîmirles de los gravámenes que sufrian antes, y librarles de las costumbres pésimas que habian soportado; prueba de que léjos de tener antes los alaveses mas libertades y franquezas, tenian muchas menos, porque á no ser así, no hubieran recibido como favor estos fueros los de Arganzon.

NUM. 179.

Carta de los obispos de Tarazona y Osma al de Zaragoza en el año de 1192 sobre las treguas entre los reyes de Castilla y Aragon.

Archivo de la catedral de Calahorra.

Raimundo Dei gratia Cesaraugustano episcopo Joannes tirasonensis, et Martinus oxomensis eadem gratia episcopi salutem et sincere devotionis afectum. Discretionem vestram non credimus latere qualiter nuper cum inter reges tregua donante Deo firmata fuisset, convenit inter regem Castellæ et regem Aragoniæ, quod ea damna, quæ in treguis data fuere a duobus annis a proximo festo Paschæ retro computandis, juxta arbitrium nostrum emmendentur. Placuit vero jam dictis regibus, ut captivi, (qui hinc inde detinentur habita consideratione ad prædictum spatium duorum annorum) fidejussores quoque captivorum, obsides, et omnia, omni dilatione postposita liberarentur; immò et redemptiones (si quæ a die, qua tregua decem annorum firmata fuit, factæ sunt), omni occassione et dilatione cesante, debent restitui. Cum igitur de mandato eorundem regum ad diem statutum inter Farizam et Cetinam convenerimus, auditis utriusque partium querellis, de voluntate partium positum est, ut episcopi per frontarias constituti, unusquisque in episcopatu suo diligentèr et fideliter inquirat, non solùm damna alterius regni super quibus querelas recipiet, verum etiam damna parochianis suis conquærentibus sacramentum recipiat, quod non plus petunt, quam amisserint: deinde a vicinis rei veritatem (quantò diligentiùs et fideliùs poterit) inquirat, et ea sola damna in scriptis reponat, super quibus fides eis facta fuerit; nam de voluntate partium illa sola emmendari debent. Propterea sanctitatem vestram attentiùs rogamus, et auctoritate domini cardinalis (de cujus mandato jam dictam emmenda-

tionem treguarum exequimur) firmitèr dicimus, quatenus damna utriusque regni in episcopatu vestro, sicut superiùs prænotatum est, diligentèr et fideliter omni occasione et negligentia postposita inquiratis, et ea de quibus fides facta fuerit in scripto, cautè et secreto reposita, sub sigillo vestro inclusa, nobis in octavis beati Joanis Baptistæ (tunc enim convenire debemus) transmittere curetis. De captivis vero, et eorum fidejussoribus, obsidibus, et hominiis, de redemptionibus etiam nuperrimè datis, quod superiùs dictum est observabitis, videlicet ut incontinenti sine omni dilatione plena fiat liberatio et restitutio. Quod si aliqui de hac re alicubi vobis contradixerint, locum in continenti interdicto supponatis; et si usque viginti dies in eo quod possitum est circa captivos, vobis paritum non fuerit, totus episcopatus subjaceat interdicto.

NOTA.

La escritura presente da mucha luz á la historia del reynado de don Alfonso VIII, porque confirma la verdad de haber habido guerras con Aragon, á conseqüencia de la confederacion formada entre los reyes de Aragon, Navarra, Leon y Portugal en mayo del año de mil ciento noventa y uno contra el de Castilla. El veracísimo Gerónimo Zurita vió algunos papeles del asunto, y dió noticia en sus anales, lib. 2, cap. 44. El padre Pedro Abarca en los suyos, tratando del rey de Aragon don Alfonso II, dixo con autoridad de Gauberto Fabricio, que un legado pontificio procuró la paz. El marques de Mondejar en sus memorias de don Alfonso VIII dudó mucho de que fuese cierta la guerra, por no haber visto papeles ni escritores antiguos que la diesen á conocer. El instrumento presente quita ya toda razon de dudar, pues certifica que

hubo guerra, que cesó con un tratado de treguas de diez años; que intervino en ellas el cardenal de san Angelo, don Gregorio, legado pontificio del papa Celestino en España; que uno de los artículos fue restituirse recíprocamente los prisioneros y rehenes, y satisfacerse los daños que los vasallos respectivos padecieran en dos años al arbitrio prudente de don Juan Frontin, obispo de Tarazona, y don Martin Bazan, obispo de Osma, quienes concurrieron entre Ariza y Cetina para determinar el modo de las indemnizaciones, y recibieron potestad para disponer que otros obispos de territorios, damnificados en la guerra, justificasen los daños; y por eso escriben al de Zaragoza. No consta la fecha de la carta; pero es del año de mil ciento noventa y dos, porque la confederacion habia sido en mayo de noventa y uno: los dos años del término se habian de contar hácia atras desde la pascua primera despues de la carta, con que parece ser la de noventa y tres. Don Juan Frontin, obispo de Tarazona, murió en noventa y quatro. El cardenal estaba en Lérida en junio de noventa y dos. El rey de Castilla, desembarazado ya de la guerra, celebró cortes generales en Carrion de los Condes año de noventa y tres. Todo pues induce á fixar la fecha en el de noventa y dos. En aquella guerra con Aragon sirvió el señor de Vizcaya á su soberano rey de Castilla.

NUM. 180.

Fueros de la villa de Larraon dados por el rey de Navarra don Sancho el Fuerte *en el mes de octubre del año de 1192.*

Archivo de la cámara de Comptos de Pamplona, cartulario del rey don Teobaldo, fol. 14.

In nomine Domini nostri Jesu-Christi. Ego Sancius per Dei gratiam rex Navarre facio istam cartam ad illos de Larraon de confirmamento de foro quod dono ad illos. Notum sit itaque omnibus tan presentibus quam futuris, quod placuit mihi et ideo libenti animo et spontanea voluntate concedo et dono pro foro ad illos de Larraon quod unusquisque illorum de Larraon qui pectum debet dare, et est proprius villanus regis, pectet quatuor solidos in ultima septimana de mayo unoquoque anno: et ille villanus qui fuerit de rege et de seniore solariego, pectet duos solidos in unoquoque anno. Similiter de mulieribus, aut viduis concedo et estabilio quod si aliqua mulier vidua tenuerit in sua casa hominem pro quo habeat pectare pectam integram per forum, pectet tantum quomodo unus homo de inter illos qui pectam habeat ad dare. De illis autem viduis quæ non teneant in suas casas tales homines pro quibus habeant ad dare pectam integram per forum, volo et mando, quod quatuor vidue tales pectent tantum quomodo unus homo de inter illos qui pectam debeat dare, et mulieres pectent suam pectam singulis annis in mayo quando varones pectaverint suam. Concedo autem ad infanzones quod defendant et emparent suos excusatos et suos caseros quomodo solebant facere ante quam ista carta fieret istos excusatos, et illos caseros, dando predictam pectam quomodo alii villani de Larraon. Post hæc supra scripta concedo et statuo illis, quod non donent ad seniorem nec ad merinum, nec ad alium hominem ullam aliam pectam nisi superius nominatam et homicidia et

alias calonias quando evenerit. Istud forum supra-scriptum dono et concedo ad illos de Larraon et ad totam posteritatem eorum salva mea fidelitate et meæ posteritatis per secula cuncta. Ad maiorem igitur confirmationem huius supra scripti fori presentem cartam meo signo quod subsequitur mea propia manu facto, corroboro, confirmo et statuo. Et quod villani qui manent in villis incartatis et habent hereditates in Larraon, pectent pectam integram quomodo illi qui manent in Larraon. Signum ✠ Sancii regis Navarre confirmantis supra scripta. Facta carta in Pampilona mense octobri era millessima ducentesima trigesima. Regnante me Sancio rege in Navarra et in Alava: Petro existente episcopo in Pampilona: Eneco d'Oriz, tenente Ergam: Ladron Arluceam. Ferrando Roderici, tenente Stellam per manum meam. Garcia de Baztan Dicastellum: Petro Ramiriz Victoriam: Almoravid, Ayvar: Fortunio de Baztan, Tafallam. Garcia Petri de Morieta Portellam: Michaele de Lesas Sangosam: Petro Martini de Lehet Artasonam: Martino Eneguez Laguardiam: Martino de Subiza Casedam: Garcia de Oria, Atauri: Furtado de Alava, Zaytegui. Preter hæc omnia supra scripta concedo insuper quod unus quisque illorum de Larraon, sive sit homo sive sit mulier, si porcos tenuerit suos propios, det de illis unum et non magis, unoquoque anno quanto illos tenuerit; et donet illum circa festum sancti Andree: si vero aduxerit aliquos porcos ad montem, det quintam de illis. Ferrando Archo existente cancelario, Dominicus Sancii scripsit istam cartam.

NOTA.

Esta escritura demuestra que no es necesario entregar voluntariamente los pueblos su independencia para que se concedan fueros. Tambien hace ver que don Sancho el Sabio reynaba en Alava, y que gobernaban en su nombre como señores honorarios don Ladron en Arlucea; don Pedro Ramirez en Vitoria; don García Perez de Morieta en Portilla;

don Martin Iñiguez en Laguardia; don Furtado de Alava en Zaitegui.

NUM. 181.

Fueros de Salinas de Añana en Alava por el rey de Castilla don Alonso VIII en 28 de noviembre de 1192.

Landazuri: historia de Alava.

Christus alpha et omega. Presentibus et futuris notum sit ac manifestum, quod ego Aldefonsus Dei gracia rex Castelle et Toleti una cum uxore nostra Alienor regina, et cum filio nostro Ferrando facio cartam concessionis, absolutionis, et stabilitatis vobis, toti concilio de *Salinis* presenti et futuro, perpetuo valituram. Concedo itaque vobis, et statuo, ut habeatis forum de valle Salinarum. Et illi, qui debent pectare fossaderas, pectet unusquisque duos solidos pro fossadera, et non amplius: et vidue pectent singulos solidos pro fossadera. Absolvo etiam vos ut de cetero non detis, neque ministretis nec queratis alicui domino vestro mantelas, neque forteras, neque vasa aliqua per forum, neque per violentiam aliquam in perpetuum. Si quis vero hanc cartam infringere presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et regie parti centum aureos in coto persolvat, et damnum, quod vobis intulerit, duplicatum restituat. Facta carta in Toleto, era millessima ducentesima trigesima, quarto kalendas decembris. Et ego rex Aldefonsus regnans in Castella et Toleto, hanc cartam roboro et confirmo ✠. Martinus toletane ecclesie archiepiscopus, et Hispaniarum primas confirmat. Martinus burgensis episcopus confirmat. Martinus oxomensis episcopus confirmat. Garsias calagurritanus episcopus confirmat. Julianus conchensis episcopus confirmat. Comes Petrus confirmat. Petrus Roderici de Guzman, maiordomus curie regis confirmat. Didacus

Lupi de Faro, alferiz regis confirmat. Ordonius Garsie confirmat. Gonzalvus Roderici confirmat. Egidius Gomez confirmat. Rodericus Sancii confirmat. Alfonsus Telli confirmat. Didacus Lupi merinus regis confirmat. Didaco Garsie existente cancellario, magister Mica domini regis notarius scripsit. Signum Aldefonsi regis Castelle ✠.

NOTA.

Esta escritura confirma la dominacion de don Alfonso VIII en el valle de Salinas, y la pertenencia de fueros por sola concesion del soberano rey de Castilla.

NUM. 182.

Fueros de Larraga, villa de Navarra, dados por el rey don Sancho VII el Sabio *en marzo de 1193.*

Archivo de la cámara de Comptos de Pamplona.

In nomine summi et eterni Dei. Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat et pereat, discretorum virorum prudentia solet eas eternare per literas, quod presens etiam pagina contestatur. Inde est quod ego Sancius per Dei graciam rex Navarræ facio istam cartam donationis et confirmationis de foro, quod dono omnibus illis de Larraga. Notum sit itaque omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quod placuit mihi et ideo libenti animo et spontanea voluntate dono et concedo omnibus illis de Larraga pro foro, quod omnes insimul pectent unoquoque anno pro pecta mille moravetinos bonos et de pesso, quales cùderint in mea terra, vel pectum in denariis valentibus mille aureorum ad festum sancti Michaelis annuatim, sed unusquisque illorum secundum posse quod habuerit, in movili et in hereditate pectet. Et quod non pectent ad seniorem neque ad alium hominem ullam no-

venam, neque carnale, neque cenam, neque ullam aliam causam, sed homicidia, et alias calumnias quando evenerint. Concedo eis etiam quod non habeant alium seniorem neque prestamerum, nisi potestatem, que villam tenuerit per meam manum. Et quod ego, neque aliquis succesor meus, non habeamus illic aliquem clavigerum, neque aliquis alius per forum. Et ipsi non habeant similiter alium merinum, neque submerinum, neque saionem, nisi meum merinum: et quod ipsi, neque eorum homines sive bestie non vadant in aliquam meam facenderam, neque in facenderam nullius hominis; sed in exercitum vadant de unaquaque casa unus homo, et in apellitum vadant omnes qui ad arma ferenda suficiant. Concedo eis propterea quod non aliquis senior, nec merinus, neque aliquis alius non inferat eis violentiam in aliquibus suis rebus sed omnia in pace, et quiete et sine exactione aliqua habeant et posideant, dando tantum annuatim prescriptam pectam. Et quicumque illorum equum, et scutum, et capellum ferreum habuerit, non recipiat, nisi voluerit aliquem hospitem in domo sua. In omnibus vero aliis concedo et confirmo quod habeant illos foros, quos solebant habere usque in illum diem, quo presens carta fuit facta. Istud forum suprascriptum dono et concedo omnibus illis de Larraga, quod habeant illud ipsi, et eorum posteritas, salva mea fidelitate, et meæ posteritatis per secula cuncta. Ad maiorem autem confirmationem huius carte, eam modo et signo quod subsequitur mea propia manu scribo, corroboro et confirmo. Signum ✠ Sancii regis Navarre laudantis et confirmantis istam cartam. Facta carta in Tutela mense marcii, era millessima ducentesima trigesima prima, regnante me Sancio rege in Navarra, et in Alava. Hoc est signum ✠ regis Sancii. Filius regis Sancii id ipse fecit in uno anno quo regnavit ad confirmationem istius cartæ. Petro existente episcopo in Pampilona: Ferrando Roderici tenente Stellam per meam manum; Almoravid tenente Ayvar; Michaele de Leet, Sangossam; Martino de Subiza, Casedam; Martino de Rada, Caparrosam; Garcia de Baztan, Dicastellum; Fortunio de Baztan, Tafallam; Petro Martini de Leet, Artasonam; Ene-

co de Oriz Ergam; García de Oriz Atauri; Petro Latrone Arluceam; Petro Remiri Vitoriam; García Petri de Morieta, Portellam; Martino Eneconis, Goardiam; Furtado de Alava Zaitegui; Ferrando Archon existente Cancellario, Dominicus Sancii istam cartam scripsit.

NOTAS.

1 Estos fueros hacen ver que los pueblos de Navarra recibian de sus monarcas las franquezas lo mismo que los vascongados; de manera que cotejando los de Castilla, Navarra, Aragon, Leon, Alava, Guipúzcoa y Vizcaya, se conoce que no hay distincion entre los unos y los otros, siendo todos efecto de las opiniones generales de sus respectivas épocas.

2 Tambien consta por esta escritura que don Sancho VII de Navarra reynaba en Alava conforme al tratado de paces con Alfonso VIII de Castilla hecho en el año de mil ciento setenta y nueve; y para testimonio de que su soberanía era efectiva, se designan como vasallos de su corona los gobernadores de las plazas de armas de Atauri, Arlucea, Vitoria, Portilla y Zaitegui.

NUM. 183.

Donacion de una parte de Villaseca y otros pueblos en favor del monasterio de Buxedo en 15 de octubre de 1194.

Archivo de Buxedo.

Ex autoritate Dei omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego Rodericus de Morales vendidi, et concedo ecclesiæ sanctæ Mariæ Buxetensi, et vobis domno Sancio abbati præfatæ ecclesiæ, vestrisque canonicis, et successoribus omnibus ibidem domino servientibus, tam præsentibus, quam futuris, tertiam meæ hereditatis partem de Villasicca, et partem de solari, quod in caretelio sicco habui cum divisa fratris mei Lupi, et tres divisas, una de Villavenazar, alia de Morales, et cætera de Corporales cum rivis et pascuis, cum ingressibus, et regressibus, et cum omnibus pertinenciis supradictarum hereditatum in perpetuum extra unum solare supradictæ villæ, et tres terras, et unam eram, et unum hortum. Quoniam insuper in precio, et in roboratione per ducentos aureos accepi equum Petri Lupi de Castello sicco ex manu præfati abbatis. De hoc sunt fideiussores Petrus Lopez: Garsia Gonsalvez: domnus Alvarus de Castello sicco: Martinus Martini: Garsias Martinez de Villasicca. Hujus rei sunt testes domnus Garsias de Burgis: et Dominicus abas de Saia: domnus Dominicus Lupi de Castello sicco: domnus Garsias de Villasicca: Didacus Lupi filius de domno Lupi de Velascur: Ennecus Fortuni filius de Fortun Gonsalvez: Martinus Eximeni: Lupus Exemeni: Petrus Martini de Fonzalech: Martinus Vele: Petrus Enneci: Lupus Munioni: Garsias Sancii: Garsias Petri: Semenus Fortuni, et concilium de Villasica insimul confirmant. De divisis quæ prædiximus de Villavenazar hi sunt testes: Petrus Garsiæ miles: Joannes abbas: Dominicus Gomiz: Gil Joannes

Sancii: Dominicus Sancii. De Morales: Domnus Blasius abbas: Calvetus Moncini: Sancius Calvet: Giraldus: Garsias Fortunii: Rodericus Didaci. Et de Corporales domnus Martinus abbas: domnus Exsemenus diaconus: Rodericus filius Gundisalvi Diaz: Munio Gomiz: Petrus Garsiæ filius de filia cara: domnus Garsias Campo: Dominicus filius de Dominico Blasco: Joannes filius de Garsia de Morales. Si quis hujus hanc emptionis cartam ausu temerario infringere voluerit, sit discomunicatus, et cum Juda traditore in inferno damnatus, et in pectum regis incurrat centum aureos, et hereditatem duplicatam insimul tali loco restituat. Facta carta idibus octobris sub era millessima ducentesima trigesima secunda. Regnante rege Aldefonso in Toleto, et in Castella cum regina Alienor: Didacus Lupi sub rege præfectus in Burobia, et in Nagera, et in Rivo de Hogga: merinus regis Didacus Lupi de Fitero: Marinus burgensis episcopus: Garsia episcopus calagurritanus.

NOTA.

Don Diego Lopez de Haro, señor de Vizcaya, servia en la monarquía castellana el empleo de gobernador de Bureba, Náxera y Rioja.

NUM. 184.

Donacion de la granja de Atiega al concejo de Salinas de Añana en Alava por el rey de Castilla don Alonso VIII en 27 de noviembre de 1194, confirmada por don Alonso X en 29 de agosto de 1259.

Archivo de la villa de Salinas de Añana.

Conoscida cosa sea a todos los homes que esta carta vieren, como Nos don Alonso por la gracia de Dios, rey de Castilla, de Toledo, de Leon, de Galicia, de Sevilla, de Cór-

doba, de Murcia, de Jaen: vimos un privilegio del rey don Alfonso nuestro bisabuelo, fecho en esta guisa.

Sea notorio y manifiesto á los presentes y venideros, que yo Alfonso por la gracia de Dios, rey de Castilla y de Toledo, juntamente con la reyna Leonor mi muger, y con mi hijo Fernando doy en donacion, y concedo a vosotros todo el concejo de Salinas, por ahora, y en adelante, la granja que llaman *Atiega* con su monasterio (la que en otro tiempo en mi pueril edad os habia dado firme y auténtica) con solares, heredades, tierras, prados, pastos, aguas, bosques y dehesas, y con todas sus derechuras, términos y pertenencias, para que para siempre por derecho hereditario irrevocablemente le hayais y poseais. Mas si alguno quisiere romper esta carta, plenariamente incurra en la ira de Dios todopoderoso, y a la parte real pague mil escudos en coto, y restituya doble el daño que a vosotros hiciere. Carta hecha en Toledo en la era de mil doscientos y treinta y dos, a veinte y siete de noviembre. Y yo el dicho rey, reynando en Castilla y Toledo, valido y confirmo esta carta. Signo ✠.

E nos sobredicho rey don Alfonso regnante en uno con la reyna doña Leonor mi muger, y con nuestro fijo el infante don Fernando primero heredero, y con nuestro fijo el infante don Sancho en Castilla, en Toledo, en Leon, en Galicia, en Sevilla, en Córdoba, en Murcia, en Jaen, en Baeza, en Badajoz, y en el Algarbe, otorgamos y confirmamos este privilegio; e mandamos que vala así como valió en tiempo del rey don Alfonso nuestro bisabuelo e fasta aquí. Fecha la carta, en Toledo por mandado del rey, viernes veinte y nueve dias andados del mes de agosto en era de mil doscientos noventa y siete años.

NOTA.

La villa de Salinas de Añana no era parte de Alava en el tiempo de la escritura presente.

NUM. 185.

Fueros de repoblacion de la villa de Navarrete en la Rioja, dados por el rey de Castilla don Alfonso VIII en Carrion á 11 de enero de 1195.

Archivo de Navarrete, y coleccion diplomática del señor Jovellanos.

Presentibus et futuris notum sit ac manifestum quod ego Aldefonsus Dei gracia, rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina, et cum filio meo Fernando, facio cartam fororum toti concilio de Navarreth presenti et futuro in perpetuum valituram. Concedo itaque eis pro foro et habendum statuo ut ad forum de francos se manuteneant, ita quod nullus saion intret in suas casas ut rem tollat aut accipiat turtum. Nullus senior qui sub potestate regis ipsam villam mandaverit, non faciat eis turtum nec forzam; nec suo merino nec suo sajone non accipiat ab eis nulam rem sine voluntate eorum. Nec habeant super se foro malo de sajonia, nec de fosadera, nec anubda, nec maneria, nec ulla vereda faciant; sed liberi et ingenui maneant semper. Et non habeant fuero de bella façere, neque de ferro, nec de calida, nec de pesquisa. Et si desuper hanc causam, sive merino sive sajone, noluerit intrare in illa casa per forzam, occidantur, et pro illo non pectent homicidium. Et ille sajone malo ut demandet nulla causa supra directum quando vayant et non pectent plus quam quinque solidos. Non parient homicidium per terminum: quare si inveniatur homo mortuus intus villa vel de foras villa, non pectent homicidium nec ipsi populatores. Si aliquis ex eis occiderit alium populatorem aut aliquem homo et scierint omnes vicini sui quia ipse occiderit, pectet suo homicidio qui fecerit. Et veniat merinus et accipiat eum usque donet duas fidanzas per quingentos solidos et non amplius. Et ipsis cadant medios in

terra pro anima regis. Et si apossuerint eis homicidium, faciant judicium quando indicaverit rex. Et si nullus homo traxerit pignus de illam casam per forzam, pectet sexaginta solidos (medios in terra.) Et redat ei suos pignos ad donnum de illa casa ubi ipse accepit. Et qui includerit alius homo in domo sua, pectet sexaginta solidos; medios in terra. Et nullus homo qui traxerit cultrum, perdat pigno; et si non, redimat se ad principem terre, si potuerit firmare per fuero de illa villa: et insuper si de hac populator percuserit ibi alium qui facit sanguinem, pectet decem solidos. medios in terra. Et si percuserit eum et non faciat sanguinem, pectet quinque solidos, medios in terra. Et si non potuerit firmare, audiat sua jura. Et si nullus homo expoliaverit eum de nuda carne, pectet medium homicidium, medios in terra. Et si pignoraverit nullo homine capa, vel manto neque alios pignos, pectet quinque solidos, medios in terra, cum suas firmas sicuti est foro. Si pignoraverit eum a torto, et si nullus homo percuserit ad mulierem conjugatam et potuerit firmare, cum una bona muliere, et cum uno bono homine vel cum duos homines, pectet sexaginta solidos, medios in terra; et si non potuerit firmare, audiat sua jura. Et si levaverit se ulla mulier per sua lozania, et percuserit aliquem hominem qui habeat sua mulier legale, et potuerit firmare, similiter pectet sexaginta solidos, medios in terra; et si non potuerit firmare, audiat sua jura; et si acceperit ullum hominem per barbam, vel per genitalia, vel per capillos cum suas firmas, redimat sua manu; et si non potuerit eam redimere, sedeat fustigata. Et si istos populatores de illo Navarreth invenerint ullo homine in suo orto vel in sua vinea, ut faciat ei damnum in die, pectet quinque solidos, medios ad seniorem cujus est illo honore, et alios medios ad principem terre. Et si negaverit, salvet se cum illa jura de illo seniore cujus est illa radice. Et si de nocte acceperit cum decem solidos, medios ad seniorem cujus est illa radice; et alios medios ad principem terre; et si negaverit, salvet se eum sua jura cujus illa radice de illo seniore. De unaquaque casa donent duos solidos per singulos annos ad principem terre, ad pentecostem. Et iterum habeat rex in su-

pra scriptam villam suo forno, et ipsi de hac villa cocant in eo panem suum, et de unaquaque fornata donent portionem regi unum panem. Senior qui subjugaverit ipsa villa, et mandaverit omnes homines, non mitat alio merino, nisi populator istius ville. Similiter mitat alcalde, similiter mitat sajone. Alcalde qui fuerit in ipsa villa, non accipiat novena de nullo populatore qui calumnia fecerit. Similiter sajone non accipiat inde: nisi senior qui fuerit de ipsa villa, ipse eos paget de novena et de arenzadgo. Et si ille senior habet rancura de homine de illa villa, demandet ei fidanza, et si non potuerit habere fidanza, levet eum de uno capite de villa, usque ad alium et postea mitat eum in carcere, et quando exierit de illa carcere, donet de carceradgo tres meallas. Et si ille senior habet rancura de homine de foris et non potuerit directum complire, mitat eum in carcere; et quando exierit de carcere, non pectet de carceradgo nisi terdecim dineros, et una mealla. Et si nulla bolta se facit in illo mercado, firmet illo rancuroso cum qualescumque homines potuerit habere duos in illo die; et si non potuerit, pectet sexaginta solidos medios in terra. Et si trocierit illo die, respondeat alio die ad forum de illa villa. Et si habet rancura homo de vicino de illa villa et demostret ei sigilo de sajone de villa, et transnoctaret illo sigillo supra cum suos testes quod non anteparavit cum fidejusores, pectet quinque solidos, medios in terra. Et istos populatores de Navarreth habeant absoluta licentia pro comparare hereditates ubicumque voluerint nullusque homo inquirat eis mortura neque saionia neque vereda sed habeant salva, et libera, et ingenua, et si necese habuerint vendere, vendant ubicumque voluerint. Et nullus populator de hac villa qui tenuerit sua hereditate uno anno et uno die sine ulla voce mala, habeat solta et libera; et qui inquisierit eam postea, pectet sexaginta solidos ad principem terre, et cadant medios in terra. Et ubicumque potuerint invenire heremas terras que non sunt laboratas, laborent eas. Et ubicumque invenerint herbas pro pascere omnia animalia, pascant eas: similiter seccent eas sive pro fenum facere aut pascant omnia animalia. Et ubicumque potuerint aqua invenire

pro regare pezas, sive per molinos, sive per hortos, sive ubicumque opus habuerint, accipiant eam. Et ubicumque invenerint, ligna, montes, radices, ad cremare vel domos facere sibi, ubicumque opus habuerint, accipiant eam sine ulla ocasione. Et istos terminos habent istos populatores de herba pro pascere, et pro segar: de Legarda en acá; et de Marannon en acá; et de la Ventosa en acá; et de Viguera en acá; ut accipiant eam sine ulla ocasione. Et insuper si populator fecerit molendinum in illa terra de dominio regis, accipiat eum illo anno primero toto ipse qui fecerit illò molino, et non partat cum rex in illo anno primero; et deinde in anteá accipiat tota sua medietate et mitat totas suas misiones per medietatem. Et ille populator qui fecit illum molinum, mitat in eum per manum suam, molinerum. Et si populator fecerit molendinum in sua hereditate que habeat franca et libera, non det partem ad regem neque ad principem terre. Et si vènerit aliquis homo qui inquirat juditium, aut aliquis populator, respondeat in sua villa in capite ville ad illos de ultra flumen Iberi; et si aliquis homo venerit de flumen Iberi in acá, qui inquirat nullum judicium ad istos populatores, respondeant in capite ville; et si venerint ad sacramentum, non vadant ad alienam ecclesiam, nisi ad ecclesiam sancti Salvatoris de capite ville per donar et per prender. Et si aliquis homo de foris inquisierit juditium ad nullum populatorem, vel ad vicinum de villa et non potuerit firmare cum duos testes leales vicinos de villa qui habeant suas casas, et suas hereditates in villa, et si ipsos testes non potuerit habere, audiat sua jura in ecclesia in capite ville. Et habeant absoluta licencia de comparare boves, drapos, bestias, et tota animalia per carnem et non donent actor nullo, nisi illa jura que ipse comparavit, et si ipse comparaverit mula, vel equa, vel asino, vel caballo, vel bove per arar, cum otorgamiento in mercado, vel in via de rege cum sua jura, et non scit de qui cum sua jura, non det ei magis actor, et ipse qui demandaverit, redat ei toto suo habere cum sua jura que tanto fuit comparado: et si ipse voluerit recuperare suo habere, donet ei sua jura que ipse non dedit neque non vendidit

illo ganado sed quod fuit illo furtado. Senior qui mandaverit illa villa, si inquisierit judicium ad nullum populatorem qui dicat, perge mecum ad dominum regem, ipse populator non pergat de Calagurra in antea, neque de Viguera in antea, nec de sancto Martino de Zaharra in antea; et populatores de Navarreth non donent lezda in Navarrete, neque in Lucronio. Et ille homo qui tenuerit sua casa uno anno et uno die, similiter non det portatico in Navarrete, nec in Lucronio. Et nullus homo qui inquirat judicium, aut aliquis populator de ultra flumen Iberi neque de nulla terra qui demandaverit fidejusores, non donent nisi de illo Navarrete. Senior qui subjugaverit ipsa villa, neque merino, neque sajone, neque princeps terre, si inquisierit nulla res ad nullum populatorem, ut se salvet pro suo foro, et pro equale per illa jura et non amplius. Quisquis populator in Navarret habuerit duas vel tres domos, et in ipsis non accenderit ignem, non pectet nisi duos solidos. Super hoc etiam mando quod populatores de la Costa non pectent in aliquo pecto per quatuor annos: et quatuor annis in antea, pectet unusquisque duos solidos, et non pectent alios maravetinos. Si quis vero hanc cartam infringere presumserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et regie parti mille moravetinos in coto persolvat, et damnum quod vobis intulerit, duplicatum restituat. Facta carta apud Carrionem, era millessima ducentesima trigesima tertia, tertio idus januarii. Et ego rex Alfonsus regnans in Castella et Toleto, hanc cartam roboro, et confirmo. Didaco Garsie existente cancelario. Magister Michael domini regis notarius scripsit.

NOTA.

He aquí los fueros de una villa de Rioja tan privilegiados como qualesquiera de Alava, Guipúzcoa y Vizcaya; y fueron confirmados por don Sancho IV en Valladolid, dia sabado ocho de julio de mil doscientos y noventa; don Alfonso XI en Va-

lladolid en ocho de diciembre de mil trescientos treinta y dos, y don Pedro *el Unico* en las cortes de Valladolid á diez y ocho de noviembre de mil trescientos cincuenta y uno.

NUM. 186.

Donacion del hospital de Monte-Cerezo al abad y monasterio de Buxedo en 30 de setiembre de 1195.

Archivo de Buxedo.

In nomine sanctæ Trinitatis, et individuæ Unitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Quoniam Dei voluntas ab omnibus est exquirenda, quam sequi desiderans cometissa domna Eldonza pro animæ mariti sui redemptione, et parentum suorum animarum requie sempiterna, et pro sua, et filiorum suorum bona salute a Deo obtinenda, tribuit et concedit hospitalem de Fonte-Cereso, qui est juxta villam sancti Dominici, et in via sancti Jacobi, ecclesiæ sanctæ Mariæ buxetensis monasterii, et Sancio ejusdem abbati, omnique conventui, tam præsenti, quam futuro, jure hereditario cum omnibus pertinenciis suis possidendum in perpetuum. Ego domna Eldonza una cum filio meo Didaco Lupi, et filiabus meis, qui hanc cartam fieri jussimus, propriis manibus roboravimus, et affirmavimus. Si quis de propinquis nostris, vel extraneis hanc cartam infringere tentaverit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et in cautum regis mille aureos persolvat, et duplicatam hereditatem monasterio restituat, et sit excomunicatus, et cum Juda traditore in inferno damnatus. Hujus rei sunt testes domnus Didacus archidiaconus sancti Dominici: don Lope de Zofior: don Guillen de Saia: don Joannes Martinez: don Domingo de Baños: Pedro Aznarez: Martin Joannes. Notandum vero est, quod de omnibus annuatim tertia pars pauperibus misericorditèr tribuatur. Facta carta secundo kalendas oc-

tobris sub era millessima ducentesima trigesima tertia. Regnante rege Aldefonso in Toleto, et in Castella cum regina Alionor: Didacus Lupi merinus major: Petrus Garciez de Lerma majordomus: Didacus Lupi de Faro dominus terræ in Naiera, et in Belliforamine: domnus Garsias calagurritanus episcopus.

NOTA.

Esta donacion otorgada por la condesa doña Aldonza, viuda del conde don Lope Diaz de Haro, señor de Vizcaya, quarto del nombre, contribuye á conocer la genealogía, y prueba que su hijo don Diego Lopez de Haro *el Segundo* tenia los señoríos honorarios de Náxera y Bilorado. ¿Cómo se ha de creer que fuera república soberana independente un estado que no podia mantener á las viudas é hijos del soberano, ni aun al soberano mismo? Todos servian empleos en Castilla, y casaban con castellanas para poder mantenerse.

NUM. 187.

Donacion de un cañar en el rio Ebro á favor del abad y monges de san Prudencio en 1.º y 12 de febrero de 1196.

Archivo de san Prudencio.

In nomine domini nostri Jesu-Christi: notum sit omnibus hominibus, quod Raimundus frater Petri Raimundi dedit Deo, et sanctæ Mariæ, et ordini cisterciensi, et nominatim monasterio sancti Prudencii, quod est prope Clavigium, et Bernardo abbati, et fratribus ejusdem monasterii, tam præsentibus, quam

futuris ibidem Deo servientibus medietatem de illo cannar, quod appellatur novum, de ripa ad ripam cum omnibus pertinenciis suis, cum ingressibus, et egressibus, et in Ebro ad Lucronium super cannar de Pascal de Limojas, ut habeant illud, et possideant ipsi et successores eorum jure hereditario in perpetuum. Hanc donationem autorgant, et confirmant Petrus Raimundi frater ejus, et mittit Bernardum abbatem in prædicto cannar; et uxores amborum fratrum domna Maria, et domna Maria, et filii Petri Raimundi, scilicet, Raimundus, Petrus, et Joannes. Hujus donationis sunt testes Arnaldus de la Tenda alcalde de Lugronio; Michael de la Tenda frater ejus; Bernardus de la Tenda; Petrus Blancus, et Petrus de Albinel filius ejus; Petrus Quadron, et filii ejus Ramon Brun, et Arnaldus Brun; Peregrin de Gavaston, et frater ejus Ramon Guillen de Gavaston; Guillen de Gordon, et frater ejus Stephanus; Arnaldus Joglar, et filius ejus Barnabas; et concilium de Lucronio. Facta est hæc donatio era millessima ducentesima trigesima quarta, kalendis februarii; regnante rege Aldefonso in Toleto, et Castella, et toto regno suo. Dominus in Lucronio Didacus Lopez. Calagurræ non est episcopus. Quicumque istam donationem aliquando perturbare voluerit, et super ea prædictos fratres in aliquo inquietare, sit maledictus, et excomunicatus, et pectet regi mille solidos, et hereditatem duplicatam in tan bono, vel meliori loco. Qui hanc cartam legit, dicat pater noster pro anima ejus. Roborata fuit secundo idus februarii apud Lucronium justa ecclesiam sancti Jacobi in cimiterio. Testes Bernardus de la Tenda; Peregrinus de Gavaston; Petrus a Limojas; Martinus Bruter; Arnaldus Joglar, et multi alii ante quos Petrus Raimundus autorgavit, et confirmavit hanc donationem, et hanc cartam.

NOTA.

Por esta escritura consta que don Diego Lopez de Haro, señor de Vizcaya, tenia el señorío honorario de Logroño.

NUM. 188.

Fueros de Labraza en Alava por el rey de Navarra don Sancho VIII el Fuerte *en setiembre de 1196.*

Archivo de la villa.

In nomine domini nostri Jesu-Christi. Ego Sancius per Dei gratiam pampilonensium rex, facio hanc cartam omnibus populatoribus meis de Sancto Christoforo de Labraza tam presentibus quam futuris, qualiter decrevimus vobis dare bonos foros, et bonas constitutiones. Placuit mihi libenti animo, et spontanea voluntate, quod dono vobis, et concedo villam de Labraza cum omnibus terminis suis heremis, et populatis. Et dono etiam vobis villam de *Gorrebusto* cum omnibus terminis suis heremis, et populatis. Et dono etiam vobis *Castellon*, et *Espirano* cum omnibus terminis suis heremis, et populatis: dono etiam vobis *Carram* cum omnibus terminis suis heremis, et populatis. Et dono quoque vobis quod in omnibus causis, et judiciis vestris illud idem forum habeatis, quod mei populatores de Laguardia habent, in homicidiis videlicet, et in calumniis, et in omnibus vestris negotiis. In primis et quod nullus sajon, nec merino non intrent in vestras casas ut tollant vobis, vel accipiant aliquid per forzam, et si intraverint occidantur, et non pectent nisi tres moravetinos. Similiter quod nullus sennor qui sub manu regis ipsam villam mandaverit, non faciat vobis aliquam forzam, neque suo merino nec sajone non accipiant ab eis ullam rem per forzam, nisi fuerit voluntate eorum: et non habeant super se ullum malum forum de sajonia, nec de annubda, nec de manneria, nec faciant ullam veredam, sed liberi et ingenui maneant semper: et si super hanc cartam sive seniore sive merino, sive aliquo sajone aliquam forzam voluerint facere, occidantur, et per inde non pectent homicidium, sed donent suum censum unoquoque

anno de unaquaque domo duos solidos ad regem in die sancti Michaelis; et amplius non faciant servitium, nisi fuerit voluntate eorum; et non pectent homicidium per merinum si invenerint hominem mortuum intus villa vel extra villam, nisi ipsi populatores, si occiderit unus ad alterum, et sciunt vicini eorum, duo vel tres, pectet suo homicidio, et alii vicini non pectent, nisi fuerit spontanea voluntate eorum, et ipse homo pectet ducentos solidos, et de istos cadant centum pro anima regis. Et habeant liberam licenciam comprandi hereditates in tota terra regis et ubicumque compraverint, habeant francam, et ingenuam, et non inquirat eis ullus senior, neque ullus homo ulla morturam, neque ulla vereda pro illa hereditate que compraverit. Et si necesse habuerint vendere, vendant cuicunque voluerint. Et ubi potuerint invenire terras heremas, laborent illas. Ubicunque invenerint herbas pascere, pascant illas sine ullo herbatico et similiter seccent illas quando necesse habuerint. Similiter ubi potuerint invenire aquas pro rigare pezas, aut hortos aut molendinos facere, aut quodlibet opus habuerint, accipiant illas. Ubicunque invenerint montes, ligna per cremare, aut per casas facere, accipiant sine aliqua occassione. Et si venerit ullus homo, infanzone, sive villano, qui inquirat eis juditium ex parte Iberi vel ex aliqua parte fuerit, respondeat, et faciat directum ad portam de sua villa, et non habeat foro per facere batailla, non de ferro, non de aqua calida; sed si potuerit firmare cum duobus vicinis istius ville, pectet suam calumniam, qualem judicata fuerit: et si non potuerit firmare, audiat suam juram, et dimitat eum. Unusquisque vicinus firmet alterum, et nullus de alia terra possit eos firmare. Si percuserit unus ad alterum, et exierit sanguis, pectet decem solidos et cadant quinque pro anima regis. Si percusserit, et sanguis non exierit, pectet quinque solidos, et cadant medios in terra pro anima regis. Si percuserit femina una ad alteram, et acceperit per capillos, et ejecerit tocam, si fuerit maridata, et potuerit firmare cum duabus legitimis mulieribus, pectet viginti solidos, et cadant decem pro anima regis. Non habeant ullam pesquisam inter illos. Quicunque voluerit popu-

lare, populet, et habeat suam hereditatem francam, et ingenuam de dare et vendere cui voluerit. Quicunque voluerit juramentum, et inquisierit suo vicino, sive extraneo, non juret in alio loco nisi in sancto Saturnino. Si ullus populator fecerit molendinum in sua peza, aut in suo horto, aut in sua vinea, non det partem regi pro aqua. Et quicunque fecerit furnum in hereditatem suam, habeat illum salvum, et ingenuum. Non mitatur merino nec sajone nisi de sua villa; et si fuerint mali, aut superbi contra vicinos, occidant illos, et non pectent homicidium. Habeant alcalde suo vicino. Senior, qui subjugaverit homines istius ville, non faciat illis ullum tortum, sed per rectum judicium ducat illos; et ipse alcalde, qui fuerit in villa non accipiat novena, neque arenzaticum per homicidium, neque sajone non accipiat inde aliquam partem: sed ille senior qui acceperit suam calumniam, pacquet alcaldem, et sajonem. Et ullus homo qui traxerit pignus de casa per forza, pectet sexaginta solidos, medios in terra. Et ille homo qui traxerit gladium, pectet suo pugno: si non, redimat illum principi terre, si potuerit firmare pro foro de villa. Et si aliquis pignoraverit capam aut mantellum, aut aliquos pignos a torto, pectet quinque solidos, medios in terra cum firmes sicut est foro. Et si isti populatores invenerint aliquem hominem in suo horto, aut in sua vinea qui faciat ei damnum in die, pectet ei quinque solidos pro ad opus de illo senior, cui est illa honor, et medios principi terre: et si negaverit, salvetse cum sua jura de illo seniore cui est illa honos, et radice: et si de nocte, decem solidos, medios ad seniore de illa radice, et medios principi terre; et si negaverit, salvetse cum sua jura de seniore, et de radice. Et habeant liberam licentiam de comprare ropas, trapos, bestias, et tota animalia, et non donet ullo auctore nisi sua jura, quod compravit, et hereditatis per carte. Et si populator compraverit mulam, vel equam, caballum, aut asinum aut bovem cum otorgamiento de via regis, et non scit de quo, cum sua jura non det ei magis auctor, et ille qui demandaverit, redat ei toto suo habere cum sua jura quod tanto fuit comprato: et si ipse voluerit recipere suo habere cum sua ju-

ra, donet ei juram, quod ille non vendidit neque donavit illo ganado, sed quod fuit furtado. Et qui voluerit juram dare, aut recipere ad portam ecclesie, et soltaverit pro amore Dei, non pectet calumniam. Et nullus, qui venerit ad mercado, non det lezdam nisi in die de mercato. Et omnis infanzon dives aut pauper qui ibi venerit populare, talem habeat suam hereditatem, qualem suam sui patrimonii, francam et ingenuam. Et ullus clericus non pectet, neque vigilet nisi in psalmis, et himnis, et orationibus; sed sint liberi et ingenui pro amore Dei, et pro animabus omnium parentum regis; et homines illorum pascant suum ganatum ubi melius potuerint per heremum et populatum et quod non vadant in hostem nisi fuerint ad batallam campalem. Omnis latro suspendatur, si fuerit deprehensus cum furto. Caballus habeat de angueras sex denarios de dia, et duodecim de nocte; et si morierit, centum solidos. Equa habeat de angueras similiter, et si morierit, quinquaginta solidos. Mulus et asinus habeat de angueras tres denarios de dia et sex de nocte; et si morierit, viginti solidos. Habeatis pro foro quindecim statos de casas in longo, et tres in amplo; habeatis medianetos ad sanctum Saturninum. Et omnis homo qui venerit populare, quod populaverint in villa de Labraza, non dent lezda, neque peage in tota nostra terra. Et si fuerit fidiatore de judicio, non respondeat de medio anno en suso. Facta carta apud Tutelam mense septembris era millessima ducentesima trigesima quarta regnante Sancio rege in Navarra et in Alava Garsia existente episcopo en Pampilona. Fortun de Baztan tenente Erga. Garcia de Baztan, Arlucea. Ferrant Roiz tenient Estella. Gomiz Martinez Mendigorria. Pero Remirez, Vitoria. Almoravid Ayvar. Gomiz Garsia Dicastellum. Enego Lopiz de Mendoza, Zaitegui. Xemen d'Aibar Burgum Sangosse; Pero Martinez de Lehet, Tafaylla. Martin Yeneguez, Lagoardia. Martin de Sobiza, Caseda. Johan de Bidaurre, Caparroso. Pedro Garcia de Agonciello, Portiella. Signum Sancii regis Navarre afirmantis et corroborantis istam cartam. Qui hanc cartam, istos foros, istas constitutiones voluerit disrrumpere, vel quebrantare, sit ma-

ledictus et sequestratus a Deo Patre et Filio, et Spiritu Sancto, et a beata Maria matre domini nostri Jesu-Christi, et sit in maledictione angelorum, archangelorum patriarcharum, prophetarum, apostolorum, evangelistarum, martirum, confesorum, atque virginum, et omnium electorum Dei; et sit damnatus cum Juda traditore in inferno inferiori, et pereat sicut perierunt Sodoma et Gomorra. Fiant dies ejus pauci et uxor ejus vidua, et filii ejus orphani et deleantur de libro viventium, et non fiat commemoratio ejus amplius, amen; et super hanc maleditionem pectet ad dominum regem decem milia moravitinorum. Fortone tutelano cantore existente cancellario, Petrus Christophori istam cartam scripsit.

NOTA.

Estos fueros de la villa de Labraza demuestran que don Sancho VIII de Navarra, llamado el *fuerte*, y el *encerrado*, era soberano de Alava en el año mil ciento noventa y seis por derecho hereditario adquirido de su padre don Sancho VII *el Sabio* de resultas del tratado del año mil ciento setenta y nueve con el soberano de Castilla; y por eso tenian baxo su dominacion don García de Bazan la plaza de Arlucea; don Pedro Ramirez la de Vitoria; don Iñigo Lopez de Mendoza la de Zaitegui. Laguardia, Labraza y Portilla no eran Alava.

NUM. 189.

Fueros de Castroverde de Campos dados por el rey de Leon don Alfonso IX hácia 1197, y confirmados por don Fernando IV en 6 de Julio de 1300.

Coleccion diplomática del señor Marina.

En el nombre del Padre é del Hijo, é del Espíritu Santo, que son tres personas é un solo Dios, que vive é reyna por siempre jamas, é de la bienaventurada santa María su madre, é á honra é servicio de todos los santos de la corte celestial. Porque es natural cosa que todo home, que bien face, quiere que se lo lleven adelante, é que non se olvide nin se pierda, que como quier que se mengüe el curso de la vida de este mundo, aquello es lo que finca en este mundo por remembranza, y este bien es guiador de la su alma ante Dios, é por no caer en olvido acordaron los reyes poner en escrito sus privilegios, porque los otros que reynasen despues de ellos, é hobiesen su lugar, fuesen tenudos de guardar aquellos, é de lo llevar adelante confirmándolo por sus privilegios, por ende Nos acatando esto queremos que sepan por este nuestro privilegio los que agora son y serán de aquí adelante como ante nos don Fernando por la gracia de Dios, rey de Castilla, de Leon, de Toledo, de Galicia, de Sevilla, de Córdoba, de Murcia, de Jaen, del Algarbe, é señor de Molina &c. Vinieron Alfonso Perez Falcon, é Alfonso Ibañez, é Joanes Perez, é Sebastian Perez, procuradores del concejo de Castroverde, y estando delante del infante don Juan mostraron el traslado del fuero que les diera el rey don Alonso de Leon, que está fecho en esta manera.

Don Alfonso IX de Leon.

In nomine domini sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti, qui ab universis Christi fidelibus in Deitate colitur et cum devotione et cordis contritione adoratur. Cum in rerum principio humanarum, homines decipi possent super eo quod perfecte se facere credebant pro nimia sui animositate; et varia, dum viverent, solicitudine mundiati, eorum facta post longos temporis cursus, non prout licuerat disposita, semper inveniebant ordinata: alii discretiores et antiquis sapientiores, omnimoda gratiarum dote et virtutum scientia præmuniti, et his consulentes in suis propiis rebus consulendis, necesariam valde et utilem conditionem induxerunt, quatenus prime institutionis conventionem semper duraturam scriptam suscipiant et immutabilem conservent et inveterata postmodum in nova representent: catolicos ergo reges semper docuit (ac novilisimos qui terram hanc regimini super alios adquirere debuerunt et contra suos inimicos, et nominis et fame sui ipsius honoris et sui progeniei pretium vindicare in parte sui regni) secundum quod magis foret necesarium de suorum novilium providentia, rem talem omni tempore mansuram instituere sibi et sue generationi; providentes unde expeditionem contra hostium incursus maxime sevientium, et utilitatem sibi ad pacem vel guerram consequi posent, ut optimo eorum exemplo rex voluiset gubernare. Quare ego rex Alfonsus Dei gratia Legionensis, una cum uxore mea regina domna Berengaria, considerans utilitatem et servitium quod nobis de populatione loci nostri de Castroviride potest semper exire, facimus cartulam vobis concilio de Castroviride majoribus, minoribus, filiis, et filiabus vestris, nepotibus, et toti generationi vestre, in perpetuum valitura de bonis foris. Clerici de Castroviride qui ibi habitaverint, sint liberati de tota facendaria, et ab omni foro, quod voci regis pertingat. Et accipiant ecclesias per manum concilii sui, et reddant suo episcopo tantum unum quartarium de tritico, et aliud de ordeo, et unaquæque ecclesia det suo epis-

copo unum arietem, vel decem et octo nummos ad festivitatem sancte Mariæ de Agusto. Si autem episcopus inter clericos venerit, dent unum tantum illi convivium. Similiter et suo vicario cum septem hominibus, ac presbitero semel in anno. Concedo vicinis de Castroviride ut non pectent homicidium, non rausum, non manneriam, non nuntium, non etiam algaravide, non furnum regis, non Zobacado, non castellage, non sigillum, nec vicini nec eorum vasalli. Illa calumnia que ad palatium non fuerit data, non sit a merino demandata: et quæ data fuerit, et indivisa remanserit, pars media dimitatur pro anima regis, et reginæ; alia media dibidatur inter palatium et rancurosum. Milites qui ibi habitaverint, dent septem cavalgadas suo merino: et maiordomus det illis septem pares de calzas, et sendos de expolas, et sendos mantos de color, et si illi opus habuerint in suo negocio, vadant cum illo, et ea die ad domos proprios revertantur. Toti vicini illi qui fuerint de Castroviride respondeant et se judicent per forum de Castroviride, et nec illi, nec eorum vasalli dent fidantiam. Pausatarius non pauset in domo militis, nec clerici, nec viduæ: et viduæ non dent osas. Si aliquis vicinum occiderit, pro eo moriatur: qui occiderit vicinum vel filium vicini vel filiam, pro eo vel pro ea moriatur, cui non valeat ecclesia, nec alius locus. Alcaldes et concilium mandent sibi calumniam: quod si non pudieren prender, el matador vadat pro inimico del concilio; et que no sea mas acogido en Castroverde. Et los fijos et las fijas que so padre o so madre paniaguare, hayan este fuero quod sue substantie medium remaneat uxori sue, et alium medium dividatur in tres partes; quarum una detur domino, secunda alcaldi, tertia concilio. Si quis hominem in corredera occiderit, vel in joco, vel alia ocasione, proinde non moriatur: si vero parentes mortui non crediderint quod ocasione fuit occisus, sed sponte, salvet se cum quinque vicinis postariis, et sic evadat non homicida parentum. Et si vicinum manu, lancea, vel cutelo, cum lapide, ligno, gladio, vel cum alia arma percuserit, si testes tres vicinos habuerit, pectet triginta solidos. Si vero tres testes non habuerit, salvet se cum tribus

vicinis postariis. Item si percusus calumnia vincerit, media pars calumniæ remaneat pro anima regis, et regine, alia vero dividatur inter palatium, concilium, et rancurosum. Qui vicinum, vel vicinam ocultaverit, vel mulierem vicinam abstulerit, si tres vicinos habuerit testes, ille vel illa percusor pectet triginta solidos; et medietas dimitatur pro anima regis, et regine; et altera medietas sit rancurosi, vel eorum vocem pulsanti; quod si probare non potuerit, salvet se cum tribus vicinis postariis. Si maiorinus ab aliquo fuerit occisus, omnes vicini pectent singulos morayetinos. Si vicinus vicino debitum demandaverit, usque ad moravetinum se salvet per suum caput, et cum alio vicino: et supra moravetinum cum tribus vicinis se salvet, et absolutus solvat manquadram inquisitori: et qui manquadram perdidit, salvet se cum altero vicino. Qui de furto vicini suspectus aclamatus fuerit, salvet se cum tribus vicinis; et si non se salvaverit, duplet demandam inquisitori, et palatio novenas. Qui fuerit deprensus in furto in villa, et in suis terminis vel in aldeis eius, levet eum ad alcaldes, et ad concilium, et faciant de eo justitiam si directum est; sed si vicinus sit captus usque ad diem tertium, ducat eum ad directum, et si eum noluerit ducere ad directum, dent eum maiordomo, et alcaldis; et si eum ipsi recipere noluerint, sit solutus de manu lebatorum. Si vero latronem non habuerit, pectet trecentos solidos. Si vero negaverit quod capere non potuerit latronem, salvet se cum tribus vicinis postariis. Qui filiam vicini, vel vicine deshonestaverit aliquo ingenio vel susacaverit, sit inimicus parentum suorum, et concilii, et exeat extra villam; et si in villa vel aldeis parentes mulieris super eum testes habuerint et manus super eum invenerint, triginta solidos persolvat parentibus mulieris. Si vicinus vicinum ferierit ita ut oculum, pedem, vel manum aut nasum perdiderit, trecentos solidos et tres denarios persolvat, et pectet eum. Si vero provaberit, quod ocasione eum ferierit, salvet se cum quinque vicinis, et valeat. Procidente digito vel auricula centum solidos pectet eum: et si probare non potuerit, salvet se cum tribus vicinis. Si vicinum evadendo cum armis ferierit vel eum indicerit, et super hoc tres vici-

nos habuerit, pectet trescentos solidos: si testes non habuerit, salvet se cum tribus vicinis. Si quis casam vicini cum armis invaserit, corpus ejus dirupatur, si probare potuerit per quinque vicinos: et si non potuerit, salvetse cum tercero vicino; et suæ ubstancie medium remaneat uxori sue; et alterum medium dividatur in tres partes, quarum una detur domino, secunda alcaldi, tertia concilio. Si inter cristianos, judeos vel mauros scandalum fuerit, cristianorum judicio judicentur. Inimicus vicini non recipiatur super illud nisi prius cum illo amicitiam fecerit. Qui scienter receperit eum, triginta solidos pectet contentori. Si autem se recepisse negaverit, se salvet cum alio vicino. Omnis homo qui vicinus fuerit in Castroviride vel in aldeis ejus, pro aliqua calumnia non det fidejusorem, nisi quinque solidos; et tota calumnia sit super casam suam. Si fidalgus in Castroviride vicinus fuerit, ille et uxor ejus talem forum habeant sicut vicini sui. Qui hereditatem alterius per violentiam intraverit, duplatam reddat. Qui uxorem alterius de benedictione forzaverit, pro ea moriatur. Similiter si ambo consenserint, moriantur. Omnis homo qui in Castroviride, vel in aldeis ejus casam habuerit et forum fecerit, cum isto foro defendat alias totas hereditates suas ubicunque eas habuerit. Qui in Castroviride vel in aldeis ejus vicinus fuerit, et causam habuerit contra dominum et vicinum, in villa se judicet; et si de illo judicio non placuerit, se vadat ad judicium carte; si vero carte judicium displicuerit, vadat ad judicium curie regis; si judicium regis non placuerit sibi, veniant ad suum forum, et in alium locum non vadant. Si vicinus vicino aliquid demandaverit in hereditate, cum demandato faciat igualiam; et alter eligat, et ambo stent per eum in Castroviride vel in aldeis ejus: et forum non currat nec de ferro nec de calda nec de bello. Omnis qui vicinum falsum voluerit facere, cum quinque vicinis legitimis falset illum; et ille falsatus habeat dentes decimatos; et sic percusus exeat extra villam et remaneat. Si quis contra vicinum cum armis in vando exierit vel sine armis, pectet triginta solidos, si probare potuerit cum tribus vicinis. Puer septem annorum non pectet vandum nec libores: a septem

